

1623.

1. Nochomiphias, Petrus : De utilitate et praescipuis effectibus promissionis
2. Gampelzhainer, Georgius : De senatus imperii bullis.
3. Kerchberger, Georgius : De foro competente.
4. Locamerus, Georgius David : De figura et actione proqueritatis
5. Locamerus, Georgius David : De deposito.
6. Locamerus, Georgius David : De commendato et ejus actione
7. Locamerus, Georgius David : De defensione necessaria
8. Locamerus Georgius David : De poenis
9. Schuppens, Antonius : De reservatis Caesareis
10. Heinrich, Trajan : De iuribus civitatum
11. Leibohius, Ul'as : De iure monachal

1624.

1. Bonazzeus, Matthias : De artis constitutione et ejus partibus.



1629

2. Histrius, Casparius : De Thesauris
3. Brauner, Baltherus : Centuria post hanc contiones
Iarum ex Reg. et annel. fidelibus deponitatem
4. Flach, Hermann : De turbatione pensionum, qual
fit per præguationem
5. Halyris, Isenius : Semina in herba quaestorium fidelium
6. Leemann, Ulrich : De restitutioibus in integrum
7. Leemann, Georgius David : De testamentis
8. Leemann, Georgius David : De usfructu
9. Pulsarius, Emanuel : De iurisdictione
10. Turner, Georgius : De renunciatione horribiles ex
practu datali 3. P. de causa juncto cap. facinus de factis
et lexis secretis

1628

1. Berneggerus, Mattheus : De baci principis qualita
tibus, visibilibus et officio.



1625

2. Heydeman, Thunes: De exceptionibus declinatoriis et dilatoriis.
3. Lacamerus, Petrus David: De polygonibus et hypothesi.
4. Lacamerus, Georgius David: De jure quatuor personarum principie controverso.
5. Henckamus, Antonius Quenckhamus: De jure negotiorum suis retractus.

1626

1. Beneggerus, Matthias: De natura et statu reipublicae.
2. Bitschius, Casparus: De individuis.
3. Bitschius, Casparus: Questiones aliquot a collaneis.
4. Bitschius, Casparus: De servitutibus personalibus.
5. Claren, Joachimus: Negotiorum et distributiarum canonicas et iuris canonici libris.
6. Flach, Sigismundus: De impensis in rem alienam factis, et quantum panem ea consequi possit?



1626.

7. Flach, Sigismundus : De testamentis
8. Flach, Sigismundus : De furto et rapina et actionibus
in de descendenthibus.
9. Flach, Sigismundus : De codicillis.
10. Grauer, Melchior : De correctionibus
11. Hering, Joh. Michael : De subjectione et liberitate
civitatum Imperialium.
12. Knipschildt, Philippus : De fideicommissis faci-
libus conservandae causa relictio
13. Knipschildt, Philippus : De contractuum derelictione
14. Locamerus, Georgius David : De nuptiis
15. Locamerus, Georgius David : De antichressi.
16. Locamerus, Georgius David : De causis actionum, qua-
tenus eae cum ex mortis arguendi, non ex obligatio-
nibus dependent.
17. Locamerus, Georgius David : Partitionum miscellaneorum
juridicorum remittentia



1626

18. Grammus, Georgius David: De possessione.


19. Grammus, Georgius David: Theses iuri' & ac

20 Schröckel, Etienne: Disputatio iuridica
et rubricam vir: nihil innovari appellatione
interposita




Während die Russen gegen unsere 31
und 32 Divisionen einen Angriff ausführten
wurde der 33. und 34. Divisionen
die durch die 31. und 32. Divisionen
unterstützt wurden, verhinderte es
die 35. Division, die unter dem Kommando
von Generalmajor von Kappel stand
die Russen zu überwinden.
Die Russen schickten nun eine Division
zur Unterstützung des 33. und 34. Divisionen
die durch die 31. und 32. Divisionen
unterstützt wurden, verhinderte es
die 35. Division, die unter dem Kommando
von Generalmajor von Kappel stand
die Russen zu überwinden.
Die Russen schickten nun eine Division
zur Unterstützung des 33. und 34. Divisionen
die durch die 31. und 32. Divisionen
unterstützt wurden, verhinderte es
die 35. Division, die unter dem Kommando
von Generalmajor von Kappel stand
die Russen zu überwinden.









DISPUTATIO IN POC
1512
DE UTILITATE
ET TRACIPIVIS EER
E CIBIS POSSES
TURIS.

Dicitur, levante gratia,
UTORITATE ET DE
O AMPLIATI JURE CON
SULTARE, ut etiam in TERRARIA
panoratentum fuerit.
finis.

Fecit
ALBERTUS IN OTROQUE IURE INSE
PENSIS, PRIVATIS ET COMMUNITATIBUS
Doctoribus, scilicet inter confe
quendis.

In auditorio majori, Monasterio Teutonico, 1523.

ARGENTORATI
EX CORDE SAT PARVUS LEDERZI
ANNO M. D. XCIII





24
DISPUTATIO SOLENNIS

15/70
3

TURBATIONE POS-
SESSIONIS, QUÆ
FIT PER PIGNERA-
TIONEM:

Ad Ord. Cam. Imp. part. 2. tit. 22.

Quam

AUXILIANTE DEO

Decreto & Auctoritate

AMPLISSIMI IC^{torum} ORDINIS

In inclita Universitate Argentoratensi

Pro summis in utroque jure honoribus, ac pri-
vilegijs Doctoralibus conse-
quendis

Proponit

SIGISMUNDVS Glach/
Argentoratensis.

Ad diem 5. Iulij,



ARGENTORATI,

Excudebat PAULUS LEDERTZ.

M. DC. XXIV.



DIPLOMATICA SOCINIANA

TRIBALIONES
SOCIOMUS. CHI
THI PER PIGENZER

ALGARDE MICHAELE OL DIMITRI
TOLMININGE. TOLMININGE
TOLMININGE. TOLMININGE

SICISI ANDAS GEM

AGNUS CORDA

CORPUS CORDA

ARGENTORATI

LUGDUNENSIS PARVUS IMPERATOR

M.DC.XXIV



THE SIS I



Mnis de possessione controversia aut ed pertinet, ut quod non possidemus, nobis restituatur, aut ad hoc, ut retinere nobis liceat, quod possidemus. *art IC. in l.*
1. s. Esi igitur ff. uti posid.

2. Et certè quicunque sibi in possessione sua vim factam queruntur; aut expulso se omnino, aut turbatos inquietosq; in ea, afferunt. Estq; hinc Dd. communiter recepta distinctio, quâ quoad materiam possessionis, omnem vim aut expulsivam statuant, aut ablativam, turbativam, & deniq; quæ ab hac parum distat, inquietativam. *uti videre est apud Menoch. de recuper. pos. in pralud.*
n. 38. & seqq.

3. Expulsivam illam dicunt, cùm quis vi aliquem in possessione rei immobilis dejicit & expellit. Ablativam, cum res mobilis auffertur. Turbativam, cum in possessione sua quis turbatur ab alio, qui æquè se possidere contendit, vel quocunq; modo possidenti molestiam infert. Et deniq; Inquietativam, cùm quis opere facto in suâ possessione impeditur.

4. Eoq; frequentior harum usus est, quod magis possidendi commodum, qualicunq; sive justo sive injusto possessori, hoc ipso quod possessor est, plus quam ei, qui non possidet, juris tribuens, *l. 2. ff. uti posid. l. 5. in f. pr. ff. si susfr. per. c. conqueriente. extr. de offic. ordinari. & c. audita de refit. spol.)* possessioni alterius inhiandi, cuiq; causam præbet.

5. Huic verò hominum protervitati multis obviam itum est LLbus & Constitutionibus, quibus violenti ejusmodi alienarum possessionum invasores coercentur, & summario ac celeri processu ei, cui vis facta est, possessio cum omni damno & interesse restituatur. *Quæ omnia hic recensere non est animus. Videantur Menoch. in tr. de remed. posse. & Alij.*

6. De vi turbativa seu turbatione possessionis è in specie,

A 2

quæ

quæ captis pignoribus fieri solet, & singulari constitutione. in Ord.
Cam. p. 2. tit. 22. coërcetur, hac disputatione agere constitui.

7. Et primò vocabulum Pignerationis (à pignore , ut cuivis
apparet, dictum,) aliquando significat pignoris obligationem , seu
ejusmodi actum, quo debitor rem suam pignori obligat. l. 9. de pi-
gnor. Quandoq; & vulgo talem, quo creditor assecurationis causâ
aliquid capit, ut debitum vel jus suum consequatur vel retineat,
German. Pfändung. Eodem modo, ut verbum pignerare usurpa-
tur tam pro pignori obligare, L. 5. D. pro emt. l. 14. de divers. & tempos.
præscr. quam pro eo quod est pignora capere, Pfänden.

8. Hæc posterior significatio comprehendit quamcumque
manus injectionem, aut impedimentum, quo personæ vel res, sive
nocentes sint & obligatae, sive innocentes & liberæ, prodebitis alio-
rum capiuntur, detinuntur, eorumvè usus, possessio, libertas præ-
cluditur; quod fit etiam per repressalias, & arresta, quorum exem-
pla habentur in autib. ut non fiant pignerationes Nov. § 2. c. 1. de injur. in 6.
vid. Frid. lib. 1. de process. cap. 46. n. 8.

9. Cæterum ex constitutione Imperij de pigneratione latâ,
cujus summam exhibet Ord. Cam. p. 2. tit. das von Pfändung ic.
22. certas ea qualitates habet, quibus tam ab arresto, quam à repres-
salis distinguitur, &c in specie ad eam pignorum captionem, quæ
propriâ auctoritate alterum in possessione vel jure suo turbandi cau-
sâ fieri solet, restringitur, ut patet ex Ord. d. tit. 22.

10. Definitur sive describitur hæc in specie dicta pigneratio,
turbatio possessionis, quâ Status vel Nobilis Imperij, alterius Status
vel Nobilis Imperij subditos, aut bona mobilia, ob controversam u-
surpationem rei alicuius vel juris, quod pignerans prætendit, pigne-
ratus possidet, abducit vel pignori capit. Frider. d. lib. 1. de process. cap.
34. n. 1. Geil. de pignerat. lib. singular. obs. 1. n. 3.

11. Ex hac pigneratio descriptione, causæ ejus non diffi-
cultur apparent. Primò Efficiens, Status vel Nobilis Imperio imme-
diatè subiectas, propriâ auctoritate rem pigneratam occupans. Ord.
d. tit. 22. ibi Da einer der dem Reich ohne mittel ic. Nec interest ab illo
ipso pigneratio facta sit; an ejus nomine per alium. Ord. d. loco. i-
bi Durch sich oder die seinen, ut enim aliquem possessione vi dejecis-
se videtur, nonis tantum, qui suis manibus, sed & qui per alium
deiicit,



dejicit, l. i. §. dejecisse 12. de vi & vi arm. ita & turbare pér alium non
minus rectè dicitur, eum scil. cui vel mandavit, aut iussit. d. l. i. §. 12.
l. 12. §. dejicit. de R. I. l. 2. §. restituas 43. Ne quid in loc. publ. vel cuius
factum in rem, aut contemplatione ejus gestum, ratum habuit. arg.
d. l. 2. §. restituas pen. cap. 9. de Reg. Iur. in Sexto fac. l. 6. §. sed si 6. de Neg.
Ges. Geil. d. tr. de pignerat. obs. s. Frid. d. lib. i. cap. 34. num. 4. & seqq.

12. Inde est, ut ejusmodi pignerationis, iussu vel mandato
alte riis factæ, uterq; tām mandans quām mandatarius, & dominus
jubens, quām præfector, aut subditus pignerans, auctores dici, & eo
nomine conveniri possint. d. l. i. §. quiores 13. de vi & vi arm. quanquā
subditus aut minister iussu domini aliquid committens excusandus
videri possit cūm scilicet domino jubenti non potuit sine periculo
non obtemperare. arg. l. 2. §. 1. de nox. att. l. 157. pr. de. R. I. Deputation
Abscheid anno 1600. §. Gleichermaßen. Deficiente verō iussu, man-
dato, aut: ratihabitione, pigneratio à pignerante tantum commissa
intelligitur, & is solus, siquidem cetera requisita ad sint, ex hac con-
stitutione tenetur, pér trad. à Menoch. d. remed. 3. n. 314.

13. Quanda autem adesse vel deficere videatur mandatum
vel iussus, paucis declarandum est. Et siquidem expreſſe mandatum
sit, & de eo constet, res dubio caret, sive enim mandatarius mandati
hoc casu subditus sit vel non sit, eum teneri patet. ex suprā allega-
tis LL. & l. 2. §. 1. ver. s. & sanè l. 17. pr. de nox. att. l. Idemq; juris est, si man-
datum vel ratihabito tacitè accesserit, quod colligitur, cūm domi-
nus sciens subditum præfectorum pignora suo nomine capere passus
est, cūm prohibere potuisset. l. 4. ibi, nam si eo conscio. C. de nox. att. l.
2. §. l. 3. 4. pr. l. 19. S. ult. D. eod. l. 2. D. de eo per quem fact. erit l. 6. pr. de jur.
patron. Menoch. de recip. poss. emed 1. n. 54. & seqq. Frid. d. lib. i. cap. 38 n.
3. aut rem illā turbatione ablata penes se sciens detineat, & resti-
tuere recusat. nam & tūm is approbasse hunc actum, & mandatum
præcessisse presumitur. quod plurib, confirmat Menoch. d. loc. n. 55.
Et constitutum est in Deputation Abscheid Wormatia anno 86.
& Reichs Abscheid anno 94. §. Wann auch in Pfändungsfällen &c.
Pignerationis ab officialibus factæ ratihabitionem eo ipso probata
censi, si dominus restitutionem, cūm posset, non fecerit. Frid. d.
lib. 1. e. 34. n. 15. Schwanman. obs. Cam. 68. 72. & 98.

14. Porro immediate Imperio subjectum esse pignerantem
A 3 tanquam



tanquam necessarium requisitum in definitione exprimitur, & ex-
preßè constitutum est, in alleg. Ord.par.2.tit.22.ibi, dem Reich ohne
mittel. &c. quo excluduntur omnes aliae pignerationes ab ijs factæ,
qui mediæ Imperio subsunt: quæ ad hanc constitutionem non per-
tineat, sed ordinariis remedij relictæ sunt: quamvis nonnunquam
ob continentiam causæ, unâ cum domino eodem processu conveni-
ti possunt, cùm & aliæ quoties diversi fori rei convenienti sunt, o-
mnium superior adeundus sit, ne causæ continentia vel litis consor-
tium dividatur. Lomnes 5. Carbit. tutel. Myns. cent. i. obs. 4. Geil. 1. obs. 32.
n.3. Frid. de process. lib. 3. c. 4. per tot. Quod locum habet eo casu, quo
contra Principes eorumvè subditos, vel officiales, simul processus in-
stituitur: ita quotidiè usu venit, ut in causis pignerationum litigio-
sa possessionis &c. mandata non solum contra dominum, sed etiam
officiales, qui iussu ejus pignerarunt (attentâ tamen in causis sim-
plicis querelæ distinctione traditâ in deputat. Abscheid anno. 1600.
9. Gleichermaßen) decernantur. Frid. d. cap. n. 5. Schwyan. in obs. Ca-
meral. obs. 72. Magenhorst. in comm. ad Ord. Cam. tit. 22. in pr. Quæ cau-
se continentia idem operari non viderit, cùm pignerantes omnes
Imperio quidem immediatè, diversis verò Principibus seu dominis
subjecti sunt: cessante hoc casu immediatatis requisito, quo sine
constitutioni locus non est: quamvis in specie haud dissimili proce-
sus decretos fuisse contra mediæ Imperio subjectos, jurisdictione
Cameræ Imperialis solâ causæ connexitate fundatâ, refert Schwyan-
man lib. 1. de process. c. 18. n. 4.

15. Statum, inquam, & Nobilem immediatè Imperio sub-
jectum esse oportet: qui pignerationem contra constitutionem co-
mittere possit: Statum eum scilicet, qui solum Imperatorem imme-
diatè recognoscens, Ejus, communiq; Procerum cōsensu, in album
seu matriculam Imperij relatus, cā lege, ut Imperio, occurreto neces-
sita te, certum censum in matriculâ expressum pensitet, vel subsi-
diū militare præstet, & cum Imperatore & cæteris Statibus als ein
Christlich corpus vnd versamling/ statuendi de Republica, vel jus
fessuræ & dicenda sententiæ in Comitijs habet. Geil. 1. obs. 21. n. 2.
Pauemeister lib. 1. de jurisd. c. 6. n. 3. Marth. Steph. de jurisd. lib. 2. part. 1. cap.
4. n. 27. Ab his Nobiles distinguuntur, qui s' der Kœs. Mayst: vnd
dem Reich ohne mittel vnderworffen/im Land zu Franken/ Schwan-
ben/



ben/ vnd am Rhein / Reichs Absch. anno 1542. §. Deminachhaben
vir &c. his enim classibus ferè circumscribuntur) Status Imperij nō
sunt, nec in matriculâ Statibus connumerantur, neque ad comitia
vocantur, aut jus sessionis vel suffragij illic obtinent; Matth. Steph.
& Paumersee, dd. locis Sixtin, de Regalib. lib. 1. c. 4. n. 92. & seqq. Dn.
Bezdus in discursu de Ord. Equestri n. 13. Immediatē tamen Imperio
subjecti sunt, multis prærogativis gaudeht, & constitutionibus
Imperijs de ijs, so ohne mittel dem Reich vnterworsten/disponentibus,
proinde & hāc de pignerationibus, comprehenduntur.

16. Quomodo autē immedias accipiēda sit: an ratione perso-
na tantum, an verò & rei, cuius respectu pigneratione facta est? Ex-
empli caufa, Si quis immediatē Imperio subjectus, bona in alterius
territorio possideat, & eorum nomine homagium fidelitatis præ-
set, annè tantum operabitur respectus ille bonorum, ut pro mediato
habeatur, adeoq; pigneratione ab eo facta ad hanc constitutionem
non pertineat: Multum agitata, nec dū decisā est hęc quęstio, præser-
tim in causa O. cont. B. ut patet ex relationibus, quas refert Schvvan-
man in decisionib. Camer. Affirmativa in revisorio judicio obtinuit.
Eiq; accesserunt Deput. Worm, anno 86. Plena verò decisio in con-
ventum Imperij, omnium Statuum arbitrio, remissa est. Deputation.
Absch. anno 600. §. Es haben vns auch. Multis eam argumentis a-
struit Geil. in tract. de arrestis cap. 6. n. 10. & seqq. Schvvanman. in suprà
citatis decisionib. 1. & 2. Tilemann. de Benignis, in decis. Camer. syntag-
4. dec. 2. vot. 10. per tot. Negativam propugnant Relationes, que
habentur in allegatis decis. Schvvanmann. præsertim decis. 4. &
ult. Meichsner. tom. 1. decis. 32. n. 1 Frid. d. lib. 1. cap. 34. n. 21. Thom. Mich.
dejurisd. th. 58. Gilman. in Symphorem. tom. 3. sive in decisionib. Camer.
tit. de Exceptionib. pag. 119 in si. & 120 & tit. de requisito primo pignera-
tionis pag. 260. & seq. Tilm. de Benign. d. dec. 2. vot. 2. 4.

17. Et certè constitutio Imperij Ord. d. r. 22. requirit, ut par-
tes utrinq; immediatas sint, que qualitas immedietatis nō mutatur cō-
ditione eorum bonorum, quae in alieno territorio, & sibi alterius
jurisdictione sita sunt. L. un. C. de impon. lucr. descript. Et pluribus allega-
tis in dd. Decis. Camer. Schvvan. decis. 4. n. 22. & seqq. & decis. 10. n. 103. &
seqq. Vietor de caus. exempt. concl. 30. Hæret quippe dignitas illa personæ
ita infixa, ut Ducatus, Comitatus &c. facilius amitti possit. d. decis.

4. 118.

3

68
C



¶. nro. 21. Tilman. d. synt. 4. decad. 2. vot. 2. pag. 58. n. 18. & seq. Frid. de processu
extrah. lib. 1. cap. 19. num 23. Nec Status Imperij esse definit, qui nulla
omnino bona ab Imperio immediate dependentia possidet, ns exem-
plis declarant Tilm. d. dec. 2. vot. 4. pag. 71. n. 7. Gilman. d. tom. 3. tit. Status
Imperij pag. 325. Wehner. in obs. pract. in vocab. Graven. Neq; videtur
homagio fidelitatis ea via attribuenda; cum enim duplex sit homa-
gium, personale & reale: per allegata in d. decis. 10. n. 15. hoc quod re-
spectu rei praestatur, personae ratione jurisdictionis nullo modo, sed
tantum onerum, quae pro rebus imponuntur, obstringit. d. decis. 10.
n. 116. Thom. Mich. d. loc. Victor d. loc. & concl. 36. Wehn. d. obs. vocab.
Erbschuldigung. Et testantur plurima exempla in Imperio, relata à cit.
Antorib. & Wehner. in vocab. Ohne mittel dem Reich. Cum ergo in
proposito qualitas constitutionis cessare dici vix possit, non impro-
babiliter forsitan ea quoq; obtinere poterit: cum præsertim hoc ca-
su non minus pax publica, finis præcipuus, adeoq; anima Constitutionis,
unde declarationem extensionemque recipit, in discrimine
constituatur, & aliás in dubio pro jurisdictione Imperij pronuncian-
dum sit. Geil. 1. obs. 21. nro. 9. Quæ ut universalis & superior, & longè
favorabilior, quæ inferiores, quibus nihil videtur detrahi à Superiori,
quæ in aliquo saltem fundata est, eoq; facilius residuum ad se pro-
pter superioritatē trahere potest, ijs præsertim casibus quib; id pacis
publica conservanda causā, ut hac constitutione, introductum est.

18. Quæ ratione etiam fit, ut ad eum, qui alium superiorem
recognoscit, possidet autē bona immediate ab Imperio dependentia,
quorum respectu pigneratione facta est, hæc constitutio transferatur.
d. decis. 10. n. 16. circa fin. Geil. 1. obs. 10. 6. n. 12. & d. obs. 30. n. 19. & lib. sin-
gulari de pignoratione. obs. 7. n. 3. Frid. d. lib. c. 34. n. 22. & lib. 3. n. 14. Gilman. in
Symphorem. tom. 1. part. 1. pag. 352. & d. tom. 3. tit. pignerationis requisitum
primum pag. 260. & seq. Barth. in Sent. Cameral. p. 55. tom. 4. & tom. 5.
ubi multa interlocutorias refert, quibus injunctum fuit impetranti, pro-
bare, locum, cuius intuitu facta est pigneratione, immediate Imperio subje-
ctum esse. quanquam stricte accepta constitutionis verba, eum ex-
cludere videantur, quo prætextu processus quandoq; denegatos suil-
se refert Gilman. d. tom. 3. pag. 261.

19. Sufficit ergo aliquæ ratione immediatæ esse ad fundadam
Cameræ jurisdictionem, sive ratione personæ, sive ratione rei. Et
verba



verba constitutionis. **N**hinc mittel largæ esse accipienda; quod & negotio cij hujus qualitati non videtur repugnare, quod non tam in re quam in persona fundatum videtur, illa quidem quatenus inititur jure absoluто, quod quis in re prætendit citra ullam personæ considerationem, adeoq; exemplo actionis confessoria, *tt. ff serv. vind.* contra quemcunq; qui rei, quam possidemus, possessionem affectat, datur. *vid. Dn. Bach. in not. ad Treutl. vol. 2. part. post. Disp. 25. t. b. c.* In hac, quatenus res perturbationem pigneratione factam perpetram ablate, cum omni eo quod interest, restituenda petuntur. *l. i. §. utiq. ff. de vi & vi arm. exemplo cæterarum cauilarum, ex quibus mixta actiones dantur.*

20. Qquad hanc causam Efficientem, non differt pignatio ab arresto, litigiosa possessione &c. quatenus ex singularibus constitutionibus Imperii de his agi potest. Nam & hæc non nisi in immediatis Imperii subditis locū obtinent Reichs Absch. anno 70. §. wan auch die arresta & ann. 94. §. Bey den Arresten, & Ord. Cam. part. 2. tit. 21. Quatenus vero arresta simpliciter considerantur, illa ut & repressalia ab aliis quoq; quam immediatis Imperij Statibus non minus quam pignerationes fieri possunt. His vero Imperii Constitutionibus non vindicantur. *Geil. d. lib. de pigneration, obs. 1. n. 5. & 6. Frider. d. lib. 1. cap. 46. n. 5. & 6.*

21. Materia pignerationis ex definitione patet, cum dicitur turbatio possessionis facta ablatione rei mobilis, vel captione subdit ad alium Statum aut Nobilem Imperii pertinentis. Quatenus ergo est possessionis turbatio (*ut omnem pignerationem esse tradit Geil. d. lib. de pignerant. obs. 3. n. 4. Frid. d. lib. 1. c. 34. n. 1. Et argumento est Consultans Camera an. 76. duob. 6. relatum à Denaisio in lute Cam. tit. 83. n. 9.*) in qua cunque, quæ possideri potest, immobili tamen, vel quæ ejus loco censetur, obtinet.

22. **H**inc quemadmodum possessio alia vera est, & propriè dicta, rerum corporalium, quæ solæ teneri jisve insisti potest, *tit. 1. de reb. corp. & incorp. alia per analogiam & q. possessio, jurium & rerum incorporalium, quæ passim possideri dicuntur. l. i. C. de his qui pot. nom. l. 2. §. 3. l. 3. de prec. l. ult. de itin. actuq; priv. & plurib. allegatis in Colleg. Iurid. Argent. tit. de acquir. poss. l. 2. non tamen vere, sed per similitudinem quādam, & q. possideri. l. 23. §. 2. ff. Ex quib. causa, maj. l. 10. si servit, vind. l. 35.*

B

pen.



pen. de vi & vi arm. l.5. §. pen. D. de itin. attuq. priv. unde possidere (verd scilicet & possessione propriè dicta) negantur l.4. Si si fiant. D. de usurpat. l.3. §. si iterf. de att. emt. l. 43. §. 1. de A.R.D. inductione l. cil. & patientia domini, pro q. traditione. l.3. princ. D. de usfr. junctâ l. 1. §. ult. de serv. prad. ruf. usu pro apprehensione possessionis, qualem rei natura patitur l.14. pr. l. ult. de servit. l. servitutes 20. in pr. de serv. prad. urb. & deniq; facultate ejusmodi jure utendi q. continua animi retentio ne, usu quamvis non continuo, pro possessione constitutâ. l. ult. in fin. C. de praser. long. temp. l. 10. pr. si serv. vind. l. 5. §. pen. de itin. attuque priv. junctâ l. 3. §. 13. eod.

23. Hac verò jura seu res incorporales, quamvis propriè nec mobiliæ, nec immobiliæ sint, per interpretationem tamen, cum pro subiecta materia id fieri necesse est, accensentur rebus immobiliibus, eorumq; jure cententur. l.2. C. de servit & aqua, Cujac. in comment. ad lib.2. feud. t.2. Geil. 2. obs. 10. & 11. Wef. in parat. de rer. divis. nu. 4. Eorumq; nomine possessoria remedia competent, siquidem in re constituta sunt, & jura realia, quorum nomine actio in rem intentari potest; quamvis rei alienæ inhærent. l.1. §. hujus D. Vti posid.

24. Unde si servitute sibi in fundo alterius constitutâ, pignoribus captis quis uti prohibeat, pignoratio commissa est: arg. t.t. de itin. attuq. priv. Et vicissim si quis servitutem in prædio prædicti turbatur. l. 8. §. 3. in fin. Si serv. vind. l. 11. devi & vi arm. l. 14. de injur. l. 3. §. 2. 3. 9. D. Vt i poss. l. 12. comm. divid. l. 12. §. 1. de acquir. poss. ita si quis in exercitio jurisdictionis ab alio impeditur, possessione turbari dicitur. Quamvis enim jurisdictio, ut res publici juris & summam reipubli' concernens, commercio hominum exempta, possideri non posse videatur. l.6. pr. de att. emt. l. 23. §. ult. l. 20. §. 1. de acquir. poss. l. competit 6. C. de praser. 30. ann. §. universitatis I. de Rer. Div. nostris tamen moribus in commercio est, & alienari, præscribi, adeoq; exemplo aliorum iurium possideri potest. Latè Paurmeist. de jurisd. cap. 2. 3. 18. 19. & seqq. Menoch. de retin. poss. remed. 3. nu. 115. Colleg. Iurisd. Argent. lib. 8. sit. 5. th. 9.

25. Eodem modo jura patronatus, decimarum, q. possidetur, e. consultationibus 19. de jur. patron. Menoch. de retin. poss. & pignoratio eorum respectu commissa ad constitutionem de pignor. pertinet. Gilman. in Symphor. tom. 3. part. 1. pag. 284. & 312, 341. & tom. 3. tit. Mart. dat.

dat. pign. rat. pag. 214. Jus quoq; percipiendi vectigal & annuas præstationes, ut possideri potest, ita ejus q. possessionis contra pignerantē defensio endæ remedia possessoria, & in specie ex hac conſtit. competunt: domino modo in posteriori caſu præstations illæ reales ſint, nō perſonales, ut communiter receptum tradunt. *Menoch. de recip. poff. nu. 87. & d. retin. poff. nu. 139. Geil. 2. obf. 10. n. 5. & obf. 72. in pr. Grav. lib. 2. concl. pract. concl. 10. confid. 3. Bocer. cl. 4. difp. 5. 6. 52.* Idem in alijs juribus realibus paſcendi, venandi, paſcandi &c. obtinet.

26. Non ſufficit tamen ejusmodi rē eſſe poffellam, ſed ab imme diato Imperii ſtatu ſeu Nobili cā poſſideri neceſſe eſt, quod ipſū in definitione exprimitur: quō repetenda ſunt ea, quaꝝ ſuprā th. tra di ta ſunt, Immediatit  ſc. h c accipienda eſſe tam ratione bonor  quam perſon . Hujuſ respectu, ſi imme diata ſit, bona ver  alij ſubje cta illorum respectu, ſi imme diata ab Imperio de pen deant, pigneratus ver  Superiore prater Caſarem agnoscatur.

27. Unde ſi ſubditus alicuius Status in poſſeſſione ſua pi gnoribus captis turbatus ſit, ita ut turbatio privatū ejus intereſſe re ſpiciat, conſtituio deficit: nec generale Principis intereſſe, quo re ſubditorum ſalvas eſſe cupit, remedium conſtitut. ei tribuit. *Geil. d. lib. de pign. obf. 6. n. 11. & de arrest. cap. 8. & 1. obf. 125. per tot. arg. ita con clufum eſſe in pleno ſenatu teſtatur Gilman. in Sympb. tom. 1. part. 1. pag. 316. n. 3. & tom. 2. part. 1. pag. 121. nu. 11.*

28. C terum res mobiles, quaꝝ pignori auferuntur, vel ſubdi tu capti, ad caus  material  pignerationis pertinentes ſc. ejusmodi, quaꝝ cum poſſeſſione controverſa nihil omnino commune hab t, & citra controverſiam etiam ipſius pignerantis innocentis eſſe non neg tur. ut patet ex Reichs Abſch. Anno 94. 8. die mandata vnd Pf n dung &c. *Geil. d. lib. de pign. obf. 3. n. 8. Gilman. in Sympb. tom. 3. tit. 1. re quisitum tertium pignerat. pag. 262.*

29. Quod ſi ex ipſa re litigiosa ejusq; fructibus quid abla tum ſit, non pigneratio, ſed ſimplex turbatio, eoq; non hac con ſtit. ſed ordinarijs remedij vindicanda eſt. *Geil. d. loc. Quamvis aut  hoc diſſicilem dijudicationem habeat Geil. d. loc. Frid. d. lib. 1. cap. 36. n. 1. & huic d. lib. 1. c. 42. n. 2. videatur, hac rei innocentis observatione fraudem conſtitutioni, pignerato injuriā fieri, & multum hac queſtio agita fuille appareat ex Gilman. in Sympb. tom. 1. part. 1. p. 363. & seqq. & tom. 3. tit. Tertium pigneration. requif. pag. 262.*

Schvvanm. obf. Cam. 102. Obtinuit tamen eorum opinio, qui rem tertiam stricte attendendam esse arbitrii sunt. Gilman. tom. I. pag. 375. nu. 62. & seqq.

30. Nisi enim ejus ratio haberetur, & in rei controversâ vel ejus fructuum ablatione constitutioni locus daretur: tum possessio-
nis commodum alteri, qui aequè se possidere contendit nullâ præviâ
cognitione auferretur, quod maximè iniquum. §. retinenda I. de in-
terdit. l. i. Vt: posidit. l. 58. de re jud. l. 4. C. de sent. & interloc. om. jud. nec
per appellationem interpositam, aut judicis inhibitionem fieri po-
test. a. g. cap. i. ut lit. pend. Geil. I. obf. 144. nam. ult. & obf. seq. & obf. 147.
Gilm. Sympb. d. part. 1. pag. 372. n. 55.

31. Habentur autem pro re litigiosa ejusvè fructibus, v. c. ju-
ris lignandi, lignum cæsum; juris legendi glandes, pyra, poma sylve-
stria &c. ipsa glandes, pyra, poma, &c. quæ si fuerint ablata, ejus juris
respectu, cuius fructus sunt, pigneratio non est commissa: Deputa-
tion Absch. anno 600. §. da aber die Gerechtigkeit. Ita jure deciman-
di controverso, fruges delinatae ad solutionem deciminarum, eoq; fine
ab aliis semotæ pro litigiosis habentur. d. Deputat. Absch. §. da aber in
fin. fin alia auferantur ad modum quamvis deciminarum pigneratio
facta est, Gilman. d. tom. 3. tit. pignerat. requisitum tertium pag. 264. Se-
cūs est, si de jure collectandi aut vi etigilis contentio est, tum enim
tantum pecunia ablatum, quantum eo nomine deberi prætenditur,
pro litigioso est. d. Deputation. Absch. §. wann zwischen zweyen &c.
Ipsæ verò merces cum navi & plaustro, quo vehebantur, tanquam
in commissum ob non pensum telonium cadentes pigneratae, faciunt
constitutionem locum. Gilm. 9. tom. 3. tit. Refutatio. §. Dubitatum. pag.
303. in fi. Schvvan. obf. Cam. 79.

32. Cum de jure meri Imperii controvertitur, criminosus
alterius manibus aut carceri eruptus res litigiosa est. d. Deput. Absch.
§. Fürtes wann &c. Geil. d. lib. I. de pign. obf. 15. n. 5. (quamvis contrari
statas Frid. d. lib. I. cap. 9. n. 11. & cap. 37. nu. 2. & in Imperiali Camera ob-
servatum referat Gilman. d. tom. I. part. I. pag. 307. & pag. 338.) ut & ca-
daver suppicio affecti vel occisi abalio eo fine auferatur & sepelia-
rur. d. Deputation Absch. §. Es sind auch &c. aut vulnerum mensura
capitatur. Ibid. §. da auch &c.

33. Jure venandi controverso fera capta, retia, canes venato-
rii ab-

iii ablati pro re tertia habentur. d. Deputat. Absch. an. 600. §. weiter ist auch. Fera autem capta ab eo qui jus venandi sibi competere afferit, nec litigiosa nec innocens recte dicitur: cum in naturali libertate existat, nec ullius in bonis aut possessione sit. §. Fera I.d.R.D.l.3; §. item feras 14. de Acquir. posl. 3. de A.R.D. Frid. d.lib. 1. cap. 36. n. 6. Gilm. d. tom. 3. pag. 363. Harder quoque suspensa vinum proscriptum, si de jure proscribendi vinum lis est. Gilm. d. §. tom. 1. part. 1. pag. 349. Signum castro deriuivē appositum. d. Deput. Absch. §. Auf den fall da von wegen &c. aut aliud ædificium, domus publicana, destructa, res tertia & innocens est. d. Deputat. Absch. §. wann sich dann.

34. Subdi etiam in casu controversie jurisdictionis pro re tertia ut plurimum habentur. Reichs Absch. anno 94. §. wir wollen vers. vnd als sich offt. quod in favorem eorum introductum est, ita ut etiam ex delicti in territorio litigiosi commissi causā, cuius nomine multaeis imponi posset, capti: omnino relaxandi sint. d. Reichs Abs. §. Aber die & d. §. wir wollen &c. Secus tamen est, si ob maleficium, seu ex causa criminali capiantur, aut captioni ansam præbuerint. d. §. aber die Person. Tilem. de Benign. decis. Camer. syntag. 4. decad. 2. rot. 9. §. 92. nu. 10. Gilm. in Sympb. d. tom. 1. part. 1. pag. 368. Quia etsi relaxatis sine alio gravamine mulcta sive realis solutio, sive promissio extorta sit, pigneratio, hac constit. coercenda, facta intelligitur. d. Deputation Absch. anno 600. §. wann zwischen. Gilm. in Sympb. tom. 5. Suppl. 62. Idēq; est cū juramento in folito Exem. C. de se sistendo in carcere ad primam requisitionem. Gilm. d. tom. 5. suppl. 61. de non u-tendo jure lui domini. d. Dep.. Absch. §. Infall da ein diener. gravatur Secus est, si ad juramentū fidelitatis præstandum, & alterius fidelitatem deierandam fuerit adactus. d. Deputat. Absch. §. da es sich auch. &c.

35. Reverbē pignori oblata restituta soluto tamen precio, id loco rei hic succedit, & pro re pignerata habetur. Reichs Absch. ann. 1566. §. als auch. Myns. cent. 3. obs. 19. Geil. d. lib. de pigneration. obs. 11. Frid. d. lib. 1. cap. 36. n. 17.

36. Quod dictum est de rebus subditorum vel ipsis subditis, non obtinet in iis, quos vulgo homines proprios dicunt, captis, eo-rūq; bonis pignori ablatis: cū ab eo sub cuius jurisdictione domiciliū habent, pignerantur, huius enim subdi sunt, non eius, cui operas &



Servitia debent, adeoq; hac constitutione non comprehenduntur.
Myns. cent. i. obs. 12. Geil. d. lib. de pignorat. obs. 8. Frid. d. lib. 1. cap. 34. n. 25.
Gilman. d. tom. tit. pignerationis & requisitum primum pag. 260. q. amvis i-
dem tit. de Excep. pag. 119. praedicta allegat, quibus dominis v. Leibzeygenē
contra Dominos territorij pigne antea mandata decreta fuere. Emphy-
teutæ etiam & coloni in alterius itidem territorio pignorati hac cō-
stit. excluduntur. Aliud quippe est censitum, colonum, Emphytu-
tam, aliud subditum esse. Illud ad censem & canonem obligat, hoc
ad subjectionem. Geil. d. obs. 8. n. 5.

37. An verò ijs, qui se alterius protectioni submittunt, die
Schirmsverwanten/ eorumvē bona, hac constit. continētur: ita
ut protector vel advocatus per eos pignerationem pati possit. Certū
quidem est, jus protectionis vel advocatiæ protecktori non tribuere
jurisdictionem in clientes suos, nec hos subditos illius effici, sed or-
dinario magistratui permitti. text in c. recipimus 8. extr. de privil. c. ex
parte 18. eod. tit. Geil. 2. obs. 54. Frid. d. lib. 1. cap. 24. n. 29. Gilman. d. tom. 1.
part. 7. pag. 76. nu. 51. Wehner. præf. obs. tit. von Schirms verwanten.
Eo tamen non attento, processus decretos fuisse testatur Schwanm.
lib. 2. de proceſſ. Cam. 18. nu. 20. & obs. Camer. 67.

38. In hoc quoq; differentia pignerationis & arresti appa-
ret, ubi rei innocentis observatio aut possessionis turbatio non tam
accuratè attenditur. Reichs Abscheid. anno 94. §. alii auch vers. wit
segen. Nā & rei cōtroversia detētione, & cuiuscūq; actionis personalis
prætextu fieri potest. Geil. de arrest. cap. 5. n. 1. 12. 13. Frid. d. lib. 1. cap.
42. nu. 1. & ult.

39. Forma pignerationis, quā ab alijs turbationibus posses-
sionis discernitur, potissimum consistit in captione pignorum. Sunt
enim varij aliquem in possessione sua turbandi modi, quorum tam
judicialium quam extrajudicialium 28. recenset Menoch. de ret. poss.
remed. 3. n. 467. & seqq. Intelligentur autē pignora capta, non tantum
quādo res ablata abducētā est, aut quis ē domo in carcere cōdetus,
sed & cum eo ipso loco inclusa est, ut usus ejus intercedat. Gail. d. lib.
de pigner. 79. n. 1. & seqq. Frid. d. c. 6. n. 9. Schvv. obs. Cū. 76. & 105 & domo
captus extra carcерem certo loco circumscriptus est, unde egredius
ei interdictus sit arg. l. solutum 42. de V. S. Gail. d. obs. 9. nu. 3. aut sola
stipulatione ad sc. sistentum obligatus l. in eadem causa 10. Ex quibus
causis.

ex s.m. ejor. Gail.d. obs. nn. 4. Quid si nihil ablatum, destructum vero & corruptum quid sit? pigneratio quidem facta non viderit, & olim processus hoc casu denegati fuerunt. Exempla referit Gilman, d. tom. 4. part. 1. pag. 304. & tom. 5. suppl. 61. supplicante ad ordinariam viam remissio. Barth. in sent. Cam. tom. 5. pag. 758. a. cum tamen fraus constitutioni fieri deprehenderetur, constitutum fuit, ut ea ad hunc quoque casum trahatur. *Deputatation Absch. anno 600. § Es ist auch bis hier pag. 760.*

40. Hic iterum pigneratio ab arresto differt, quod fieri solet non rem afferendo, capiendo, corrumpendo, sed impediendo & fistendo. *Frid. d.lib. i. cap. 42. n. 1.* & ab ea turbatione, de qua in consti. litigiosæ possessionis in *Orddinat. de part. 2. tit. 21.* quæ solo me- tu & periculo armorum ac invasionis ingruente nec dum in effectum deducere locum habet.

41. Finis pignerationis est usurpatio juris controversi sive acquistatio certi allicuius juris, quod pignerat prætedit, & quo per pignerationem pigneratum privare conatur. *Reichs Absch. anno 94. S. wir wollen auch. G. til. d. lib. de pigner. obs. 3. nu. 7.* Hæc intentio pignerantis non tantum in rebus ablatis, sed & in homine capto spectatur. *Schvyan. obs. Cam. 108. & 109.* & adeò necessaria est, ut nisi apparcat, quid juris in specie pignerator sibi acquirere voluerit, constit. locus non sit. *Frid. d.c. 25. n. pen. & ult. Gilman. suprà cit. locis Barth. in sent. Camer. ubi pafim decretum legimus, daß wofern Su[p]plicant antey gen wird was der gegentheil für ein neue Gerechtigkeit durch die Pfandung schärfen wollen/ darauff ergehen soll was recht ist.*

42. Hinc si pignora capta sint eo tantum sine ut is, qui jam ante a pignoraverat, ad restitutionem cogeretur, nec illa possessionis acquirendæ seu defendendæ causa ad sit, deficere qualitas constitutionis, & spolium potius commissum videtur. *Gail. d. lib. de pignerat. obs. 12. Frid. d. cap. 36. n. 5. Gilman. 8. tom. 3. tit. pigneratio. §. Dz in specie &c. pag. 255. & tit. Repignerat. §. Gegenpfandung pag. 265.* nisi circumstan- tia aliud suadeant. *Idem d. loc. & tom. 1. part. 1. pag. 308. Barth. in sent. Camer. tom. 1. pag. 338. ubi exempla referunt, quibus mandata decreta, eiusq[ue] parentum, productio vero causalium remissasit.*

43. Quemadmodum autem finis designat, qualis res censenda, & intentio agentis factum distinguit, fac. l. qui injuria causas in princ. ff. de fuit. ita quantum ab arresto & repressalijs &c. pigne-



pigneratio differat ex fine utrorumque appareat. Arrestum enim eo fine fit, ut detentione rei debitor ad solutionem vel præstationem debiti adiatur. *Geil. de arrest. c. 3. & passim. & de pigner. obs. I. n. 6.* Repressalia verò eà potissimum causā admittuntur, ut per detentionem subditū vel eius bonorum pro debito alterius debitoris magistratus ad administrandam iustitiam cogatur. *Geil. d.lib. de pigner. obs. I. n. 5. & obs. 2.*

44. Ad finem pignerationis illud quoque referendum est, quod necesse sit eam factam esse propter causam civilem, non criminalem. *Ord. d. tit. 22. ibi:* allein malefis fachen aufgenommen &c. Cū enim delinqüēs criminaliter forum fortificatur non tantum in loco delicti tām inchoati quām perfecti. *I. i. & auth. qua inprovincia. C. ubi de criminib. l. 1. C. ubi senatoris &c. l. 28. § famosos 15. de pœn. l. 3. pr. de re mil. Nov. 69. c. 1. Geil. I. obs. 56. n. 8. Hartm. Harmann. lib. 2. obs. tit. 50. obs. 6. 7. Zang. de Exc. part. 2. cap. 1. nu. 230. & seqq. sed etiam ubicunq; repertur. *d. l. I. C. ubi de crim. l. 3. ibi. Unde sint. D. de off. præfid. l. 7. l. 11. de custod. & exhib. reor. & l. 1. C. ubi quis de curiali. Geil. lib. 1. de PP. c. 16. n. 30. Paurm. de jurisd. lib. 2. c. 4. n. 105. & c. 8. n. 103. Zang. d. c. 1. n. 245. & seqq. *Wes. parat. ff. de judic. n. ult. & de accus. n. 8. & parat. C. ubi de crim.* Consequens est, preventiō locū esse arg. l. 7. de judic. cap. prop. usitā de for. compet. *Farinas. in prax. Crim. lib. I. tit. 1. q. 7. n. 53. Geil. 1. obs. 11. & 29. n. 4. & seqq. & obs. 74. n. 18. Hillig. in Donell. Enuill. lib. 17. cap. 16. & à quovis magistratu interterritorio suo vinculis mancipatum rectè & legitime captum, nec per eiusmodi captionem alium in jurisdictione sua turbatum, nec relaxatipnem petentem audiendum esse. Gail. d. lib. de pign. obs. 14. nu. 3. & seqq. *Erid. d.lib. cap. 37.****

45. Et hæc quidem ita se habent, cū subditus alterius in alieno territorio delinqüēs ibidem in carcere conicitur, quo casu etiam defectus novi iuris acquirendi & rei innocentis, pignerationem excludit. Quid si verò in loco, de cuius jurisdictione controversia est delinqüēs ab alterutra parte captus sit? *Quid si capientis manibus rursus eruptus?* Utroq; casu possesso turbata dici potest, pigneratione verò tūm demum cum propter nequitiam & malitiam ejusmodi cui non pena corporalis sed multa imponenda est commissam invincula conjectus est. Quo casu constitutio locum habet non tantum ad relaxandum, sed & post relaxationem ad mulctam restituendam.



dum. Reichs Absch. anno 94. §. aber die Personen ic. Deputation.
Absch. anno 600. §. iwan zwischen zweyem &c. Siverd delictum cri-
minale (ein Malefiz sach.) sit, constitutio cessat propter causam
criminis, cuius pena non est differenda, sicut d. §. aber die Personen,
& d. §. Deput. Absch. §. Fürters &c. Idem de posteriori calu judicii
est, ut patet ex d. §. Fürters &c. & ex eo, quod criminosum non ha-
bere pro te tertia, à jure meri imperij controverfo, suprà th. proba-
tum est. Et hoc tum quoq; obtinet, cum in alieno territorio, cuius
jurisdic̄tio citra controversiam ad alium pertinet, in suo delinquentem
quis persequitur & captivum abducit, quamvis eo nomine tan-
quam violator alieni territorij de vi publica reus agi possit. per trad.
à Geil. lib. 1. de P. P. obs. 16. n. 25. & seqq. & depign. obs. 14. n. 5.

46. Veniunt potrò nomine maleficij (Malefissachen) o-
mnes causa criminalis, de quibus criminaliteragi potest, & quarū
punitione meri imperij est l. 3. de jurisd. l. 6. § pen. de offic. pref. l. 70. de R. l. tam
capitales quam nō capitales, l. 2. l. 28. pr. de pœn. Obr. de jurisd. cap. 7. Frid.
d. lib. 1. c. 9. n. 13. & seqq. Roland. de commiss. lib. 2. part. 1. c. 3. n. 8. & seqq. Be-
hæ five poenam corpori infligendam promereātur, so Leibstraff auf-
sich tragen / (qualia ferè sunt omnia crimina : nec enim facilè ullum
reperitur, cui poena corporalis non vel à lege constituta sit, vel arbi-
trio judicis extra ordinem imponatur. l. ult. de priv. del. l. ult. de furt.
l. ult. de injur. l. 11. §. 1. de effract. l. 8. de publ. jud. l. 7. §. hodie , ad. L. Ital.
repetund. l. 13. de pen. quo casu nunquam non judice sic arbitrante ad
corporis cruciatum perveniri potest. d. l. ult. ff. de injur. l. ult. de effract. l.
1. 9. de extraord. c. im. Si tamen iudex loco poenæ corporalis mulctam
irrogaverit, eodem illo numero habetur, ita ut nec appellations in
causis criminalibus, ijsstantum so Leib straff aufsich tragen / in Ca-
mera Imperiali prohibita, Reichs Absch. anno 50. §. Item als sich
jer eslich &c. Ord. Cam. d. lib. 2. tit. 28. §. Item nach dem, Geil. 1. de P. P.
cap. ult. n. 36. à mulctis ejusmodi, loco poenæ corporalis substitutis ibi
dem recipiantur. Myns. cent. 3. obs. 43. & ibid. Arnold. de Reyg. in addit.
& obs. 41. n. 4. Frid. d. lib. 1. cap. 9. n. 16. & seqq. Rol. de commiss. lib. 2. c. 3. n. 8.
& seqq.) five pecuniariam, exemplot. un. C. de L. Ital. amb. l. 1. ult. C. ad
L. Ital. repet. l. 3. C. de assessor. & ex communī ferè Dd. consensu (juri
tamen civili Justin. 2. non usquequaque convenienti) quando-
cumque ad poenam pecuniariam fisco applicandam agitur. dd. LL.

C

& l. 9.



& l. 9. 22. 25. de SC. Sylan. l. 9. 15. pr. § 2. defur. fisci. F. id. d. c. 9 n. 21. & seqq.
Hillig. Don. Enul. lib. 18. c. 11. lit. c. in not. Colleg. Iu. id. Arg. tit. de judic. th.
12. quæ non minus ab eo tantum, qui jurisdictionem ctiminalem &
merum imperium habet, imponitur l. 6. pr. de off. procons. l. 70. de R. 1.
arg. l. 6. de accusat. Hillig. lib. 17. cap. 8. lit. Q. 2 ag. 50. Colleg. Iu. id. Arg.
d. tit. 8. 5. & ttt. de accus. th. 17. & tit. de panis th. ult. quamvis appellatio ea
ab ad Camerā Imper. permissa sit, Frid. cit. loc. Ruland. d. lib. 2. c. 3. &c
multò magis in prima instantia ed deferri possit,

47. Ea ergo delicta tantū, ex quibus criminaliter agi nō potest,
ut levia furtæ, vulnera, rixæ, maleficij vocabulo excluduntur, cū mul-
cta (Frevellibus unde busflag apud Frid. cit. loc. & in Ord. Cā. part. 1. tit.
30. §. ult. Frevell vnd Malefici sachs) opponuntur, & hoc ad crimina, illud
ad delicta privata refert Denais. in differ. de jure meri. imp. iij. & cap. 2.
in pr. §. deinde) arbitrio judicis (qua propriæ multæ est l. 131. 244. §.
ul. de V. S. 1. 2. §. 5. ad SC. Turpil. quamvis pœnæ lege definitæ, multæ
nomine quandoq; veniant l. 2. Si quis in jus voc.) eis vigore mixti im-
perij ab eo qui merum imperium non habet, imponi possit. l. 11. de
offic. procons. l. 1. §. 1. de off. eius cui mand. Myns. d. obs. 41. & 43. Frid. d. cap. 9.
n. 18. & 22. & seg. Colleg. Iu. id. Arg. d. tit. de accus. 9. 17 in fin. Unde si ob
ejusmodi delictum quis captus sit, constitutio locum habet. ut su-
pratum, th. not.

48. Quod verò ex eo, quia causæ criminales constitut. de pi-
gner. exclusæ sunt, quidam omnem Cameræ Imperiali cogni-
tionem in causis criminalibus adentram censem, id quantum mo-
menti obtineat, videre est in suprà cit. differ. 1. de jure mer. imp. Denais. iij.
c. 4. §. de constitutione. Frid. d. 6. 9. Myns. suprà cit. locis. Geil. 1. obs. 1.
nn. 27. & obs. 65. n. 5. Gilman. Sympb. tom. 1. part. 2. tit. 18. vot. 2. n. 5.
Rul. de commiss. part. 1. lib. 2. c. 3.

49. Et hæc de causis pignerationum. Supereft de effectibus
ejus dicendum, quorum proximus sunt turba inter immediatos
Imperi status frequenter obortæ, quæ cum salutem publicâ in dis-
crimen adducerent, nec tamen in ctimen fractæ pacis publicæ in-
siderent, idèo q; non nisi ordinariâ interdicti uti possid, viâ vindici-
dicari.

dicari possent, speciali remedio h. constit. in comit. August. an. 55. promulgatae præcavēdæ fuerunt Ord. d. pars. 2. tit. 122. De quo paucis adcurus (1) cui; (2) adversus quem (3) ubi (4) ex qua causa (5) ad quid detur, & (6) de ejus processu aliquid attingam.

50. Et primò Cvi DETVR? Hic duo requiruntur in pignorato; possellio & immediata subiectio: possellio (inquam) vel vera vel quasi, ut supradictum. Hinc competit omni ei, qui rem soli verè possidet, s. l. i. pr. §. 1. & passim. *Vt possid.* i.e. cum affectione sibi habendi ei insitum. l. 1. §. 20. l. 13. pr. l. 49. §. 1. de A. P. l. 4. §. 1. de precar. *Codeg. Iurid. Arg. tit. de Acquir. poss. th. 4. n. 4.* & seqq. qualis est non tantum qui affectione domini rem tenet, sed etiam qui, quamvis dominus non sit, & pro alieno possideat, l. 13. de *ut cap.* rem tamen suo jure, animo possidendi, tenet.

51. E. C. Vasallus, quem verè rem feudalem possidere patet ex c. un. §. ult. de invest. de real. 2. F. 8 c. un. pr. §. si verò vasallus, quid sit invest. 2. F. 2. & plurib. allegatus in Colleg. l. Arg. d. s. th. 22 n. 3. Menoch. de rer. poss. remed. 3. nn. 82. & de recip. poss. remed. l. nu. 90. & seqq. Unde ei hoc turbatæ possellionis remedium (sive utile interdictum ut possid. ex constit. Imper. de pignerat. ut appellatur à Gail. d. l. de pigner. obs. 3. n. 6. inf.) ne quidem contra dominum negari potest. §. 4. l. de interd. l. 9. de rei vind. c. un. §. rei auem. de invest. dere al. & hoc quidem si vasallus immediatè Imperio subiectus sit, ut est non is tantum, qui immediatè ab Imperio feuda possidet, sed & is qui immediatè quidem Imperio paret, ab alio verò Imperij statu feuda tenet. Feudum enim vasallum Domini subditum non facit. Clem. pastoralis §. denique de sent. & re jud. c. un. qual. jur. deb. 2. F. 5. Menoch. d. remed. 3. n. 376. & multis seqq. Gail. lib. 2. de P. P. c. 13. n. 20. & de arrest. c. 7. n. 10. & de pign. c. 15. n. 3. Cujac. in commi. ad 2. F. tit. 7. Frid. de extr. proc. lib. 1. c. 33. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 4. n. 61. & seqq. & c. 7. n. 82.

52. Quid si vasallus immediatè Imperio subsit; & feudum ab immediato Imperij statu dependeat? Equi dem si eidem vasallus nō ratione feudi tantum, sed etiam subiectoris, subditus sit; non est

C 2 dubium



dubium, dominum ex constit. agere posse pigneratione facta interpersonā vel reb⁹ subditi accedēte ejus proprio interesse; si vero vasallus alium respectu feudi, alium ratione subjectionis dominum habeat, tum huic ex constit. agere non licet, cessante ipsius interesse; domino autem feudi an concedatur dubium est; cūm omnem possessionem rei feudalis à se invasallum transtulerit c. un. § si facta. Si de feud. def. controv. 2. F. 26. c. un. § ult. de nov. fo. m. fidel. 2. F. 7. c. un pr. de consuet. rect. feud. 2. F. 33. non potest queri se in sua possessione turbatum. l. 1. pr. & t. 2. ff. Vtī poss. quia vero in directo dominio, quod in re feudali penes ipsum manet, per pignerationem lāditur, beneficium Constitutionis ei concedendum esse, videtur. Geil. d. lib. de pign. obf. 6. n. 1. & seqq. Utroq; autem casu Vasallus tanquam litis confors domino in judicio assistere potest. Gail. d. loc. Frid. lib. 3. c. 5. num. 23. Si tamen coram ordinario judge der ausstrāg agere caput, domino remedium Constit. intentanti obstat exceptio cæpti litigij. arg. l. ubi acceptum. de judic. l. 1. in f. C. de assert. toll. Geil. 1. obf. 32. Frid. de lib. 3. c. 5.

53. Creditor deinde rem sibi ex conventione pignori datam verē possidet. l. 37. de pign. atl. l. 37. 40. de acquir. poss. l. 3. §. ult. l. 4. 5. pr. ad exhib. l. 13. de usuc. & multis allegatis in Coll. Iur. Arg. tit. de A. P. o. 9. Cuj. 18. obf. 14. Dn. Bachov. vol. 11. part. 2. disp. 2. l. 0. 4. f. Et communem testatur Menoch. de ret. poss. remed. 3. n. 59. & seqq. & de recup. poss. remed. 9. n. 197. Et tam recuperandā quam retinenda possessionis remedia habet. l. 3. §. 2. Vtī poss. l. 2. C. de prator. pign. cum l. 1. §. 1. 4. Vtī poss. l. 9. de R.V. An vero creditore cessante debitor agere possit, ex ijs quæsuprā de vallo & præc. dicta sunt, constare potest.

54. Tum de sequestro dubium quoq; est, an rem apud se depositam verē possideat. Distinguunt communiter Dd. inter sequestrum necessarium & voluntarium, illad adimere possessionem, non vero hoc, statuunt, & ita l. 39. de A. P. & l. 17. §. 1 ff. depos. interpretantur Gail. 1. obf. 3. n. ult. Menoch. de retin. poss. n. 86. Verius videtur tum demum sequestrum possidere, cūm non custodiæ causā tantum, sed ita apud eum res deposita est, ut neutrius possessioni tempus procedat. Vid. Coll. I. Arg. d. 1. o. 8. n. ul. Treutl. vol. 2. disp. 2. l. 0. 4. f. & ibid. Bach. Hillig. Don. Encl. lib. 5. t. 13. c. quo casu remedia possessoria, & eorum numero hoc quoque intentari, ei, non etiam alteri qui rem, animo possessione excludi, apud eum de posuit, conceditur. per supr. alleg.

55. Non



55. Non verò ijs tantum competit hoc remedium, qui verò rem soli possident, sed & ijs, qui inq. possessione juris in re constituti, per pignerationem turbati sunt, emphyteutis (puta) l. 2. C. de pign. 30. ann. ususfructuario, usuario, l. 6. §. 2. de precar. l. 10. §. ult. de A. R. D. ult. Vti poss. §. 4. vers. structus. I. per quas perscuic. superficie. r. i. de superf. arg. l. 3. §. 7. vers. dominus autem. Vti poss. l. 15. §. 12. de dam. inf. & cuivis rusticam vel urbanam servitatem aut aliud jus in prædio alterius sibi constitutum afferent. l. ult. de servit. l. §. 6. 9. Vti poss. l. 8. §. 5. si serv. vnde.

56. Ut enim interdictum Ut possid. directo quidem non nisi verè possidenti datur. l. 1. & t. t. Vti poss. jurium verò istiusmodi q. possessoribꝫ nomine q. possessoris sua tām à lege quam ejus imitazione communi Dd. & Interpp. calculo utiliter conceditur, d. l. ult. ff. Vti poss. Wef. parat. ff. tir. Vti poss. n. 3. Bocer. cl. 4. diff. 5. th. 47. & seqq. partim peculiaria interdicta jure prodita sunt. tit. de itim. ab uig. priv. de rivis. defonte &c. latè Men. d. remed. 3. n. 84. & seqq. & remed. 4. & seqq. Ita horum omnium exemplo remedium hoc possessorium introductum, ijsdem casibus locum habet.

57. Concurrente verò juris quasi & rei vero possessore, si uterque in possessione sua turbetur utrique etiam hoc remedium competit, siquidē ambo immediatè Imperio subsint, sin alteruter, eadē locum habet que suprà 6. 52. de valallo habentur. Geil. de pign. d. obs. 6.

58. Ex his constat possessionem à parte actoris necessariò requiri, non tamen in solidum; sed pro parte divisâ vel indivisiâ possidere sufficit, & socio in re cōmuni à socio pignerato hoc remedium competit. f. l. §. 7. Vbi poss. latè Geil. d. lib. de pign. obs. 20. per tot. Frid. d. c. 35. n. 9. Gilm. Sympb. tom. i. part. 1. pag. 507. & pag. 513. n. 12. & tom. 3. iii. pigneration. process. pag. 268.

59. Excluduntur autem omnes, qui nō possident, sed vel detinent tantum rem, non jus in re constitutum, sed tantum personam obligatam habentes, ut colonus, l. 6. §. 2. de precor. l. 1. C. comm. de usuc. l. 16. de per. & com. rei vend. commodatarius l. 8. Commed. depositarius & sequester regulariter, ut. diff. suprà. creditor ex primo decreto in possessionem missus. l. 3. §. ult. de A. P. l. 3. §. creditores. Vti possid. Menoch. d. ren. & 3. nu. 46. vel possessione suā, si quam ante habuerunt, omnino expulsi sunt. l. 6. §. 1. l. 7. ds A. P. l. 4. §. 22. de usuc. l. 1. §. 22. de usuc.

C. 3 tūm.



tum enim remedium recuperandæ necessarium est, de quo ejusque processu. vid. Ord. part. 2. tit. 8.

60. Unde quod Menoch. d. remed. 3. n. 22. & 35. de civili possessione animo retentâ tradit, non nisi eatenus obtinere potest, quatenus quis possessionem suam ab alio occupatam ignorat, aut convocato auxilio facilè eam se recuperaturum putat. l. 3. §. 8. d. l. 6. §. 1. l. 25. §. ult. l. 46. de acquir. poss. Facultas enim expellendi eum, qui ingressus est, jure permittitur. d. l. 25. §. ult. l. 18. §. pen. eod. l. 3. §. eum igitur 9. de vi & vi arm. modo in continentia fiat. d. l. 3. §. 9. quod quanto tempore includendum sit, arbitrio judicis permittitur. Geil. I. de P. P. c. 16. n. 11. & seqq. ubi etiâ post decennium recuperantem possessionem suam non tam recuperare, quæm continuare videri tradit, propter continuum actum recuperandi. Frid. lib. 2. de process. c. 56. n. 4. & seqq.

61. Heredi pignerati post factam pignerationem mortui remedium hoc competit ex persona defuncti, ut res pignori ablata, & si quid aliud damni factum sit, restituatur & refarciantur. f. l. 1. §. 4. l. 3. §. 17. de vi & vi arm. quamvis heres possessionem nondum apprehenderit, (novâ enim apprehensione opus habet si rem hereditariam possidere velit, nec possessio defuncti ei, quamvis suo heredi, continuitur l. 23. pr. l. 30. §. 5. D. de A. P. l. 1. §. 15. Si is quireft. lib. l. 15. de usuc. f. l. 12. §. 2. de capt. & post l. 19. 23. §. 1. Ex quib. caus. maj. l. 1. §. ult. pro her. l. 44. §. 4. de usurp. Menoch. d. rem. 3. n. 56. Frid. de interd. tit. 7. pr. n. 36. & seqq. Col. Iur. Ang. tit. Vi. poss. 0. 10. nu. ult. ut & tum cum lis à defuncto cepta. §. 1. 1. de perp. & temp. act. & passim. aut turbatio, vel ante obitum defuncti, vel post, jacente hereditate, inchoata, apprehensâ ab herede possessione continuetur & perdureat. f. l. 13. §. quæstum. quod vi aut clâm. Menoch. d. rem. nu. 62. & 63. I. eutl. vol. 2. diff. 25. §. 4. & ibi Bachov. in not. quinimò actio & exceptio rei judicata, si in possessione, quæ defuncto per sententiam adjudicata fuit, turbatus sit f. l. 9. §. ult. de exc. rei jud. Menoch. d. remed. 3. n. 823.

62. Nonnunquam verò possidenti hæc actio non datur, cum scil. vi, clâm, preclarâ possessionem noctus est. l. 1. §. ult. l. 2. 3. §. hoc interdictum & seqq. Vt poss. l. un. C. eod. § sed interdicto 1. de interd. Menoch. d. rem. 3. n. 19. nu. 252. & seqq. & de remedio ex constitutione pignerationis Frid. d. lib. 1. cap. 35. n. 5. tamen hoc altiorem indaginâ requirat, partitionem mandati nō differt, sed in pñcto citationis deciditur.

63. Is certè qui pignora sibi vi ablata postea recepit, ex hac constit.

constit. non agit. Gilm. d. tom. 3. tit. de pigner. pag. 258. §. Psandung. ¶
tom. 3. suppl. 65 Rul. de commiss. part. ult. lib. 7. c. 2. n. 23. p. 455. Schvranus.
obs. Cam. 82. n. 2. quavis interdictum unde vi incurrat §. recuperan-
da 6. ibi, licet is ab eo, t. de interd. & dominio rei suae cadat. l. si quis in tan-
tam C. Vnde vi §. 1. t. vi bon. rapt. d. §. 6. de interd.

64. Alterum quod in eo, qui ex hac constit. agere vult re-
quiritur, est, ut sit immediate Imperio subditus, quod repetenda ea,
qua suprà t. dicta sunt. Non interest tamen, an secularis sit, an Ec-
clesiasticus, & hic an turbatus sit in possessione Regalium, benefi-
ciorum & bonorum, quae ab Imperatore & Imperio habet. f. c. ex
transmissa 6. & c. seq. de foro comp. Gail. 1. obs. 30. n. 1. & seqq. & obs. 37. n.
10. an in possessione vel q. rei aut juris spiritualis E. C. percipiendi
decimas. Clem. di suspenditam. de judic. præbendæ, & aliorū bonorū Ec-
clesiasticoꝝ. c. literas de jurâ. cal. t. iancimus C de SS. Ecc. Gail. d. obs. 37. n.
10. & obs. 38. n. 7. Menoch. d. remed. 3. n. 125. & 126. Qui verò aliū quam
Csarem superiorē agnoscunt, hinc excluduntur, & omnes à
quocunq; sive domino sive extraneo turbentur, ad ordinariam viam
interdicti uti possid. vel extra iudiciale appellatio confugere ne-
cessē habent. cum sit Romana, ex i. de appell. Menoch. d. rem 3. n. 122.
Frid. d. lib. 1. c. 34. n. 11. Nonnunquam tamen ex Ord. Cam. p. 2. tit. 23:
mandata autē die vier fūl impetrare possunt.

65. Hinc etiam Capitulum superiorē Episcopum agnoſ-
cens, in propriis, quamvis & separatis, bonis pigneratum ex consti-
tut. agere nequit, nisi bona illa imediā ſo ab Imperio dependeant.
Schv. obs. Cam. 110. aut ſed es Episcopalis vacet arg. c. un. de major. &
obed. in 6. Frid. d. lib. 1. c. 19. n. 11. aut deniq; Episcopo proprium ſuum
interesse persequenti in lite adhæreat. Gail. d. lib. de pign. obs. 7. & 1.
obs. 30. & lib. 1. de P.P. c. 8. Frid. d. lib. 1. c. 34. n. 23.

66. Quandoq; tamen qualitas illa imediatis non attendi-
tur, cum pigneratio facta eſt inter mediatis Imperii subditos incidē-
ter superiure, de quo lis in Camera Imperiali pēdet Gilm. d. tom. 3. tit.
pignerationis requifit. primum, in pr. cūm & alias ſuper negoſio incidē-
tiis, qui principaliter non poſſet, cognoscat. l. 3. C. de judic.

67. CONTRA Eum (2) cōpetit remediu ex cōſtit. qui imme-
diatus Imperii Status aut Nobilis alii in possessione ſua turbat, E.
C. dominum feudi, proprietarium, debitorem, non ſolum qui extra-
neum, ſed etiā qui ipſum yaſallū, uſufructuarium aut emphyteutam.

82

3



& creditorem in possessione rei vel juris in te competentis pignori-
bus captis impedit. fac.t.t. ff. Vt ipsoſſ. §. 6. L de interd. Menoch. d. remed.

3.n. 432.

68. Omnes ergo immediati Imperii Status & Nobiles ex hac
constit. conveniri possunt, nisi qui speciali privilegio aut confuetu-
dine legitimè introducta ab Auguſtissimæ Cam. Imper. jurisdicſio-
ne exempti ſunt. iit. 27. Ord. part. 2. Mys. cēt. 5. obſ. 58. Gail. l. de P. P. c. 11.
Frid. lib. 1.c. 22. n. 2. Gilm. in Sympb. d. tom. 3. pag. 213. tit. mandat. pignerat.
§. pignerationis mandata. & tom. 6. Sympb. a Wehn. edit. paſim.

69. Contra Ecclesiasticos quoq; immediatos Imperii status
remedium hujus Conſtit. competeret innumeris exemplis conſtat.

70. Nec interefſt, per ſe an per alium pigneratio facta ſit; Ut-
terq; enim ex conſtit. propter cauſa continentiam tenetur. ut ſu-
pra th. not. An verò ex pigneratione tutoris & curatoris etiā pupi-
lius aut minor conuenientipoteſt? Hi certè ex dolo vel culpa tutoris
aut curatoris non tenentur. l. 13. §. 7. de aſt. emt. l. 3. pr. quando ex fact.
tut. l. 198. de R. I. niſi quatenus ad eos pervenit. l. 3. §. 1. de tribut. aſt. l. 21.
§. 1. de pecul. & ſpecialiter in cauſis interdicti factum tutoris eos non
præſtare, conſtat ex d. l. 198. de R. I. niſi quatenus iſpum poffellorium
definiendum, & alterutri poſſeffio in ſolidum adjudicanda eſt, aut
turbatio poſt finitam tutelam & curam, perduſat. l. 1. §. hoc edicto ſoff.
ne viſ ſiat ei l. 11. §. 6. quod vi aut clam. l. 4. de tab. exhib. Menoch. d.
remed. 3. n. 307.

71. In heredem deniq; propter turbationem à defuncto fa-
cram tum demum datur, cum lis cepta eſt mandato contra eum im-
petrato, vel insinuato, ita ut niſi paruerit, non minùs quam contra
defunctum ad panam insertam agi poſſit. Frid. lib. 7. de pioceſſ. cap.
22. Gilm. d. tom. 3. tit. de pigner. §. pignerata: ū pag. 257. Actiones enim
penales in heredem in ſolidum tranſeuſit, ita cum defuncto inho-
ta. §. 1. l. de perp. & temp. aſt. l. un. C. ex delict. def. l. 26. §. 8. de O. & A. l. 86.
§. 7. l. 39. l. 64. de R. I. l. ult. §. 1. de fidei. tut. l. 24. pr. de lib. cauſ. l. 29. de novat.
l. ult. de preſt. 30. ann. l. 1. §. 1. vers. exceptiſ l. 2. 3. C. de annal. excep.
litis ſe-
cōteſtatione. dd. LL aut eo quod pro litis conteſtatione eſt, primo a-
etu contradictione ſuper cauſa principali facta, in caſibus, ubi litis
conteſtatio non requiritur. Geil. lib. 1. obſ. 141. aut ſi reus doſo fecerit,
vel per judicem ſtererit. aut h. ſi appellatione C. de temp. appell. Geil. l.
obſ.

obs. 63. n. 5. & seqq. & obs. 91. nu. 9. 10. quominus litem possit contestari
l. sicutum 10. §. ult. in si. si quis cauit. in jud. l. 26. §. 4. de noxal. att. l. 33. & O. &
A. Menoch. d. rem. 3. n. 61. Gail. lib. 2. de P.P. o. ult. nu. 20. aut denique preci-
bus Imperatori (aut que eius vice est. Sacratiss. Imper. Cam. Caesarem
repräsentanti. Gail. lib. 1. obs. 42. nu. ult. & obs. 66. & 97. nu. 9.) oblatis &
imperato rescripto, quod itidem pro litis contestatione adhunc e-
tiam effectum, ut heredes teneantur, habetur. l. I. 2. C. quando lib. Princ.
datus. & ibid. V. P. es. in parat. a. i. b. sed & lis. C. de temp. appell. Hartm.
Hartman. lib. 2. obs. ii. 49. obs. 2. nu. 12.

72. Cum vero ante impetratum & insinuatum mandatum
objicit, cessat hoc remedium, cum nihil ex pigneratione penes here-
dem remansit arg. I. 8. §. ult. de precar. l. 3. pr. de vi & vi arm. l. 1. §. ult. de eo
per quem fact. l. 16. §. 1. quod met. can. l. 17. 26. de dolo. l. 4. §. fin. l. 6. cam. seq.
de alieo jud. mat. l. 23. §. hanc actionem. ad L. Aquil. Gail. lib. 2. de P.P. obs. 20.
Gilm. d. tom. 1. part. 1. pag. 527. Id tamen, quod ipsi ex reb. pignori abla-
tis reliquum est, hac Constitut. peti, fac. supra all. & l. 1. §. ult. & seq. l. 3.
§. ult. de vi & vi arm. (quamvis hoc casu ad ordinarium remedium re-
missum aliquando suisse pigneratum, scribat Gilm. d. part. 1. pag. 527.)
& sententia contra defunctum lata in heredem executioni mandari
potest. Fac. l. 9. §. ult. ad exhib. vid. Menoch. d. rem. 3. nu. 828. & seq.

73. Sequitur tertio, ubi ex constitut. de pignerat. agendum
sit, seu quis sit turbationis hujus judex competens? Doctores com-
muniter duos constituant Judices, coram quibus de turbata posse-
sione agi possit, alterum, eum, sub cuius Jurisdictione, res de qua agi-
tur sita est. l. un. C. ubi de possess. l. un. C. ubi de hered. alterum vero in cu-
jus territorio vis turbativa facta est. d. l. un. C. ubi de possess. Illum, pro-
pter rem cujus possessio controversa est, & alterutri soli adjudicanda,
arg. l. fin. C. ubi in rem att. & l. 38. de judic. quo respectu hoc remedium
naturam realium actionum sequitur, Gail. 1. obs. 16. nu. 12. & obs. 37. nu. 5.
Zang. de Except. part. 2. o. 1. nu. 314. & seqq. principè nu. 329. ubi in specie de
pigneratione agit. Hunc propter delictum, vim scil. turbationi, ei pra-
terimit, quæ pigneratione illicita sit, accedentem, & damnum inde al-
latum, qui rei in loco delicti, reperti, vel bona ibidem possidentis co-
petens judex est. arg. l. 2. §. 4. l. 19. §. 1. 2. l. 20. l. 36. §. ult. l. 42. 45. de judic. o. 1.
§. contrahentes, de for. competent. in 6. Posse autem vim etiam alio, quam
eo, ubi possessio sita est, loco fieri, exemplis declarant Accurs. d. l. un. C.

D

ubi

68
C



ubi de possess. Menoch. d. rem. 3. num. 316. Zang. d. part. 2. cap. 1. num. 334.

74. Addi non improbabiliter potest tertius Judex domiciliis: cum enim coram hoc recte etiam separatum & pure, sive in personam ex contractu aut delicto, persup.alleg. vel in rem, agatur, l. ult. Cod. ubi in rem a. l. 10. 11. 12. de R. V. l. ult. vers. de rebus autem. C. de prescript. long. temp. communiter D. d. alleg. à Vigel. in M. I. R. lib. 13. c. 32. multò magis erit competens, cum quasi mixtim tam in rem quam in personam agendum est, l. un. C. ubi de hered. Zang. d. part. 2. cap. 1. num. 290. & 350. & seqq. Concurrentibus autem pluribus Judicibus, preventioni locus est, ut is de causā cognolcat, coram quo lis primò per citationem adversæ partis coepit est. l. 7. 18. 19. de judic. l. 2. Cod. cod. cap. gratum. de offic. deleg. cap. propositi. de judic. cap. penult. de for. compet. Gail. 1. obs. 29. num. 4. & seqq. Frid. d. lib. 3. cap. 5. num. 7. Wesemb. paratit ff de in ius voc. nu. ult.

75. Hæc ita Jure communi obtinent: in Imperio autem Romano, omnes ferè status (Civitatibus Imperialibus exceptis, nisi quibus id speciali privilegio indulsum est) & Nobiles immediati, privilegiatos Judices habent, der Austrag/ coram quibus in primâ instantiâ regulariter conveniendi sunt, ut patet ex Ordin. Camera. part. 2. tit. 2. & seqq. Gail. 1. obs. 1.

76. Regulariter, inquam, & nisi salutis ac tranquillitatis publicæ ratio aut causæ gravitas aliud exposcat, quæ tanti est, ut nonnunquam in primâ instantiâ Camera Imper. adeatur, nullâ fori præscriptione, & mediata sive immediatâ rei subjectione attentâ, quod sit in causis pacis publicæ violationem concernentibus, Ord. d. part. 2. tit. 9. §. 1. Gail. lib. 1. de pace publ. cap. II. de feudis Imperij, Idem lib. 1. Observ. 29. (ubi ex stylo curia & observantia Judicij, id ita obtinere tradit, quamvis in dispositione Ordinat. dict. tit. 2. & seqq. contineri non improbabiliter per exceptionem, dict. part. 2. tit. 7. propositam, arguantur) fiscales, Ordin. dict. part. 2. tit. 20. &c. aliquando, omissis saltem privilegijs primarum instantiarum, immediatis Imperij Statibus, ut supra dictum competentium rectâ in Camerâ processus impetrantur, ord. Cam. dict. part. 2. tit. 21. 22. & seqq. quò pertinent causæ litigiosæ possessionis,



Gonis, L. dissamari, relaxationis à jutamento Mynsing. cent. 2. obs. 67.
num. 7. & cent. 3. obs. 99. Sixtin. de regalib. lib. I. cap. 4. num. 9. p. 70.
Thom. Mich. de iurisdic. th. 40. Syring in dissert. de pace Relig. conclus.
29. lit. d. & hæ. pignerationum, quæ non minus ut illæ, peculia-
ribus Constitutionibus, ad Cameram Imp. citra ambages deferri
jubentur, ord. d. part. 2. tit. 22.

77. Idque obtinet, non tantum cum Principes Seculares
se invicem pigneratibus turbant, sed etiam cum Ecclesiastici
aliis sive Seculares sive Ecclesiasticos pignerant, aut ab ijs vicissim
pignerantur. Quamvis enim clerici regulariter forum fortiantur
apud Judicem Ecclesiasticum, cap. 1. 2. cap. si diligens. §. final. cap. si-
gnificasti. de for. compet. cap. 2. & cap. si clericu de judic. ita aut nec pri-
vilegio fori renunciare, aut Jurisdictionem laici tacite vel expressè
prorogare possint. dict. cap. significasti. & d. cap. si diligenti. §. fin.
Non tamen hoc locum habet, quando actione reali conveniuntur
quam coram judice, rei sitæ intentari posse, tam petitorio
quam possessorio, communis & in Camera Imper. recepta opini-
o est. arg. cap. ex transmissa, cum c. seq. de for. compet. Authent. cle-
ricus quoque Cod. de SS. Eccles. Boë. decisi. 69. num. 8. 22. Mynsing. cent. 1.
obs. 22. & cent. 4. obs. 95. cent. 5. obs. 93. num. 5. Gail. I. obs. 30. num. 20.
obs. 37. num. 4. 5. dict. libr. de pigner. obs. 7. num. 2. Frid. dict. lib. I. cap. II.
num. 13. & seqq. Roding. in pand. Cam. lib. I. tit. 17. num. 4.

78. Possessorio scil. non solum rei secularis, sed etiam spiri-
tualis, e.c. decimarum, clem. dispensiosam. de iudic. c. literas. de jur. cal.
Juris patronus cap. 3. de jud. &c. possessionem quippe rei, quamvis,
spiritualis, cum facti sit, l. 1. §. 3. l. 29. de acquirend. possess. l. 19. ex
quib. caus. maj. non spiritualem sed secularis esse, communis Dd.
opinione receptum, ideoque, si quidem contra laicum (secus
enim esse si reus sit clericus, plerique putant, Gail. d. obs. 38. num.
5. in fin. Menoch. d. rem. 3. num. 346. & seqq. Thom. Mich. de iurisdic. th.
41. in fin.) agatur, ad judicem secularis pertinere, testantur,
Gail. d. obs. 37. num. 5. & obs. seq. Mynsing. cent. 2. obs. 67. num. 4. num.
2. & seqq. & centur. 5. obs. 93. num. ultim. Menoch. d. rem. 3. num.
324. & seqq. & num. 361. & seqq. licet petitorium, non nisi
apud Ecclesiasticum intentari possit, cap. causam. de prescript.

D 2 c. tua.

3



c. tua. & pass. de decim. Hartm. Hartm. praef. obs. miscell. Iur. Canón. c. 9.
Myng. c. et. 1. obs. 100. Quod si inter Augustana confessioni addicatos in-
vicem, vel eos, ex una parte, & altera Catholicos ejusmodi controver-
sia oriatur, illas coram Judice seculari ordinario peragenda sunt;
(suspensa quippe Jurisdictione Ecclesiastica, in omnibus casibus, li-
berum Religionis exercitium cōcernentibus Reichs. Absch. anno. 55.
§. Damit auch obseruere ibi, Kirchengebrauch nicht anlangende re-
Gilm. tom. 1. Symp. p. 85. Syring. in dissert. de pac. Relig. conclus. 29. d.) qui-
bus si turbatio pignoribus captis facta accedit, ceteris paribus Con-
stitutio locum habet, & Camera Imper. in primâ instantiâ competes
Index est; quin et si intuitu Religionis (Gail. 1. obs. 21. nu. 1. 2. Schwan. de
process. Cam. lib. 1. c. 8.) aliqui molestia inferatur, aut aliquid in Consi-
tut. de pace Relig. committatur, contra immediatos, omisiss itidem
Judicibus prima instantia, Jurisdictio Cameræ fundata est, & man-
data cum vel sine clausula, pro facti qualitate, ad instantiam quoque
mediatè Imperio subjectorum, decernuntur, d. Reichs Absch. §. wir
befehlen. Frid. d. lib. 1. c. 30. nu. 1. in fin. & c. 33. nu. 1. Syring. in d. dissert. con-
clus. 55. quo casu, utroque remedio, ex Constit. de pace Relig. & de pi-
gnerat. concurrente electio actoris est, quo uti vult, per ea quæ tra-
duntur à Gilman. in Symphor. d. tom. 1. part. 1. p. 284 & seqq. & p. 312.

79. Et hoc multò magis obtinet in Ecclesiastico, si ratione
regalium, privilegiorum, feudorum, quæ ab Imperatore & Imperio
immediate possidet, pignoratio facta sit, Gail. d. obs. 30. nu. 1. & seqq.
cum & Jure Canon cautum sit, ut clerici respectu feudorum, quæ
ab alio tenent, nō apud Ecclesiasticum, sed ordinarium judicem feu-
dalem, causam dicere cogantur, c. ex transmisſā, & seq. de for. compet.
Myng. d. obs. 22. nu. 4. & obs. 67. nu. 11. Gail. d. obs. 7. nu. 4. Menoch. d. rem. 3. nu.
373. 396. 439. Boer. d. decis. 69. nu. 8. Dn. Vult. lib. 2. de feud. c. 2. nu. 13.

80. Omnibus ergo casibus hisce, concurrente immediate
partium Camera Imper. recta adeunda est. Nec quoad Vasculos ratio-
ne feudorum litigantes discrimen constituentum, an feuda illa ab
alio mediate, an vero immediate ab Imperio dependeant; & haec Re-
galem dignitatem annexam habeant (ut sunt, Ducatus, Principatus,
Comitatus, Baronatus) sive non habeant.

81. In his enim, (ut alijs causis) Cameram Imper. cum Cæ-
sareâ Majest. concurrentem habere jurisdictionem, testantur & pra-
judicijs

judiciis confirmant. Gail. 1. obs. 29. 121. nu. 3. Hart. Hartm. in practi. obser. tit. 54. obs. 42. Thom. Mich. de turisditt. th. 30. Dn. Vult. lib. 2. de feud. c. 2. num. 9. Paurmeift. de turisditt. lib. 2. c. 5. nu. 29. & seqq. Syring. in dissert. de pace Relig. conclus. 54.

82. Illarum disceptationem Imperator quidem ut investitum. Arr. Bull. tit. 5. Reichs Absch. zu Worms anno 21. §. vnde behalten et. specialiter sibi reservavit, quo fac. c. 1. ap. quem. vel quos contr. feud. i. F. 18. & c. 1. de Leg. Corrad. 2. F. 54. Menoch. d. rem. 3. nu. 389. eo tamen casu tantum, quando judicio petitio definitivè de ijs pronuncianendum est. ord. Cam. d. part. 2 tit. 7. Gail. 1. obs. 1. nu. 31. Denau. in lute Camer. tit. 141. Paurm. de turisd. lib. 2. c. 5. nu. 95. Thom. Mich. de turisd. th. 28. Dn. Vult. d. lib. 2. c. 2. n. 9. Rodig. in pandect. Camer. lib. 1. c. 17. n. 3. ideoque, ut quodvis ita & hoc ex Constitut. de pignorat. possessorium (quo feudum parti vice, non omnino, nicht ganzlich abjudicatur) in Camerâ Imp. intentare liberum relinquit.

83. Feudi denique, non immediate ab Imperio dependentis controversia inter duos Vasallos orta, regulariter ad dominum feudi pertinet c. 1. §. fin. de prohib. alien. feud. per Fid. 2. F. 5. Menoch. d. rem. 3. nu. 376. & mult. seqq. Du. Vult. d. cap. 2. nu. 10. Sixtin. d. regal. lib. 1. c. 8. nu. 44. tam petitio quod possessorio, ut latè persequitur Menoch. d. rem. 3. n. 375. & seqq. & (quamvis non caret dubio) communiter receptum elle tellatur Du. Vult. d. lib. 2. c. 2. nu. 41. Ita ut eo invito jurisdictionem alterius prorogare nequeat. Gail. 1. obs. 40. nu. 6. Menoch. d. rem. 3. n. 403. 406. Vult. d. c. 2. n. 42. Accidente tamen hac pignorationis qualitate, & ceteris Constitutionis requisitis jurisdictione Cameræ Imper. in primâ instantiâ fundata est.

84. Quod in ijs controversijs feudibus, qua ad ordinarij judicis cognitionem jure feud. remittuntur, eo magis obtinet. c. 1. pr. si de invest. int. dom. & vas. 1. F. 26. c. 1. de pac. ten. §. si duo. & §. si tres. 2. F. 27. c. 1. de Leg. Corrad. §. si autem inter pares. 2. F. 34. Menoch. d. rem. 3. n. 422. nu. 425. n. 427. & seqq. ut & tunc, cum Dominus Vasallum in possessione feudi captis pignoribus turbat, quorum controversia alias regulariter coram paribus curiæ, c. 1. §. præterea pen. de prohib. feud. alien. per Fider. 2. F. 55. c. 1. de controversijs feud. ap. par. 2. F. 16. c. 1. de alien. pater. feud. 2. F. 39. c. 1. de controversijs int. episc. & vas. 2. F. 20. Menoch. d. rem. 3. n. 432. & seqq. quandoque coram ordinario terminanda est, c. 1. circ. med. si de invest.

D 3 int.

3



int. dom. & vas. controv. i. f. 26. Menoch. d. rem. 3. n. 440. & seqq.
Mynsing. cent. i. Obs. 99. & cent. 5. Obr. 75. Gail. i. Obs. 1. n. 54. & seqq.
Cujac. in comment. ad lib. i. Feud. tit. 15. al. 18. Dn. V. ult. d. lib. 2. c. 2. n. 25. &
seqq. precip. n. 30.

85. Ex qua Causa quartò, Constitutionis remedio agi possit, ex suprà dict. satis constat. De processu ejus, & quid persequatur superest paucis dicendum.

86. PROCESSUS ex cōstit. de pignerat, duplex est, alter mandati, alter citationis. Facta quippe pigneratione, pigneratus supplicationem extrajudicialiter (quod in omnibus supplicationibus pro impetrando processibus usitatum est. Ord. Cam. part. i. tit. 22. §. 1-tem es soll & c. Gail. i. Obs. 61. n. 12. Frid. d. lib. 1. c. 2. n. 5. Schyran. lib. I. proc. Cam. c. 1. n. 1.) pro mandato sine clausula de restituendo, & relaxando in Camerā Imper. exhibet.

87. Quæ supplicatio, ut generalia supplicationum (quæ ad impetrando processus, quivis offerre necesse habet, fac. l. dies. 4. §. hoc autem 8. de dam. infēt. Gail. i. Obr. 50. n. 3. Frid. d. lib. 1. c. 1. Vnmissus in disp. de process. 5. th. 2. n. 1.) requisita continere debet, de quibus Denais. Iter. Cam. tit. 242. Frid. d. lib. 1. c. 6. Schyran. d. lib. 1. c. 1. n. 11. & seqq. ita in specie in ea exprimenda sunt ea, quæ pignerationis propria sunt, (1) immedietas pignerantis & pignerati (etiam notoria, Gilman. in Symphor. tom. i. p. 316. hujus, (2) possessio vel quasi, res (3) innocens, jus (4) novum quod pignerans acquirere conatur, & deniq; (5) causa civilis ob quam pigneratio facta est.

88. Haæ qualitates omnes in supplicatione ponendæ sunt, & unæ omisæ à processus denegantur, cessante quippe Cameræ Imper. immediatâ jurisdictione, quæ in his qualitatibus fundata est, ac propterè non attento primæ justitiae judice rectâ adiri potest, Gail. i. Obs. 3. n. 3. 5. & d. lib. de pigner. Obs. 1. n. 2. & obs. 14. n. 8. & seqq. Menoch. d. rem. 3. n. 428.

89. Sufficit autem dicta requisita allegare, nec ea probare necesse est. Judex enim quoad decernendos processus narratis supplicantis fidem habet. fac. l. cum quadam. pen. §. 1. & ibi Dd. de lurisdist. Gail. i. Obs. 31. Myns. cent. 2. Obs. 9. Frid. d. lib. 1. cap. 14. n. 1. & seqq. exceptis quibusdam casibus, quos refert. Gail. d. Obs. 31. & Obs. 10. n. 7. Obs. 26. n. 8. 10. Frid. d. loc.

90. Por-



90. Postò supplicatione Judici exhibitâ, petitum mandatū decerni solet, sine clausulâ justificatoriâ (quæ alias mandatis cum clausulâ annocti solet, ad allegandum causas, quare non teneatur in mandato parere, de qua, vid. Gail. 1. Obs 19. Frid. d.lib. 2. c. 6. & seqq.) Quanvis enim judex ab executione incipiens contra juris formam facere dicatur, l. i. ult. C. de execut. rei jud. sunt tamen causas, quibus à præcepto inchoare licitum est, recensiti à Gail. 1. Obr. 13. n. 1. Frid. lib. 2. de process. pass. His pignerationes annumerari constat ex Ord. d. part. 2. tit. 22. qua præterquam quod frequentibus turbis & invasionibus rempub. in discrimen inducunt, jure communi etiam prohibitae sunt. *Authent. ut non siant pigner. c. un. de injur. in 6. Gail. d.lib. de pigner. Obs. 13. n. 3. Mynsing. cent. 3. Obs. 19.* ideoq; tantisper coercendæ, donec de singulari pignerantis jure constat, Gilman. Sympb. d. tom. I. part. 1. p. 364. quod ex consuetudine ferè Germania, cuiq; ad defensionem possessionis suæ permisum testatur. id tom. 2. part. 3. p. 251. n. 23. & d. tom. part. 1. vol. 23. p. 151. n. 32. ita ut justâ possessione probata, jus pignerandi etiam probatum censeatur. id. dd. loc. Gail. d.lib. de pigner. c. ult. in fin. Meichsner. decis. rom. 2. lib. 1. decisi. 10. p. 940. C.

91. Hoc mandato pigneranti injungitur, sub pena aliquot marcarum auripuri, ut quam primùm pignora ablata restitutæ, aut captivum relaxet additâ citatione ad docendum de partitione, vel audiendum se declarari in penam mandato insertam, deniq; deducendum causas pignerationis. ut patet ex typis mandatorum & supplic. pass. in Sympb. Gilman.

92. Post insinuationē mādati intra annū à tempore decreti. Reichs Absch. an. 94. §. Als ferner &c. à nūcio Camer. aut notario immatriculato riœ factam, Ord. part. 1. tit. 35. §. vnd nach dñi durch. Memor. des Botten meisters. anno 95. §. 1. præfixo termino comparitionis, pignerati procurator, mandatum cum executione nuncij reproducir in Novis (quarum ordine, hi mandatorum cum vel sine clausula, processus, quoad punctum partitionis peragendi sunt. Ordin. part. 3. tit. 7. pr. Vist. anno 60. 6. Demnach auch in. Denais, Iur. Cam. tit. 214. Schyvan. 1. de process. 35. n. 2.) quo neglecto, terminus circumducitur, mandatumque expirat, auctore in expensas condemnato, Dep. Absch. anno 600. §. Wirszen ic. Den. Iur. Cam.

115.

3

8

6
C



tit. 316. Schyvan.d.lib. 1.c. 31.n. 20. Barth. in sent. Cameral. to. 5.p. 1159. 1188.
& pas.

93. Reproductio mandato, pignerans aut abest, quo casu processus in contumacem, ord. part. 3. tit. 43. præscriptus locum habet, Schyvan.d.lib. 1.de proceſſ. c. 72. & ad instantiam praesentis citatio ad Banum, vel reo in prenam mandato insertam declarato, arctius mandatum decernitur. Rodig. pandet. Camer. lib. 3.c. 40. S. alterum dubium &c. aut comparat per procuratorem, (mandato, vel cautione, quæ vice mandati est, nisi periculum in morâ sit. Deput. Absch anno 600. §. weniger nit ist ic. sufficienter legitimatum) & tum vel plenè partitionem docet, causas pignerationis legitimè factæ (quas causales vocant) una producendo, vel exceptions quare mandato parere non teneatur, allegat.

94. Exceptiones vero, quæ ut omnibus, ita & huic mandato pignerationis opposite, partitionem suspendunt, eç potissimum sunt, quæ sub: & obreptionis dicuntur, & ex ipso facto petuntur, cum illud negatur ita se habere, vel qualitas aliqua deesse dicitur, quam nisi falso adversarius allegasset, mandatum non obtinueret. arg L.2.C.de LL. l.2.4.5.C.si cont. jus vel util. publ.l.ult. C.de div. rest. c. dicenti 25.q.2.Gail. 1. obf.14. & d.lib. de pigner. obf.14. Frid. d.lib. 2.c. 15.

95. Harum numero sunt Exceptio defientis consensus Domini, à cuius subdito vel officiali pigneratione facta est. Gail. d.lib. obf. 6. obf. 14.n. 9. Schyv. obf. Cam 71. Exceptio maleficij, reum sc. ob maleficium captum esse, quæ sola in Ord. d.tit. 22. expressa reperitur, ibi Allein Malefisfachen ausgenommen. & in genere, cuiuscunq; ex supra dictis requisitiis, ad pignerationem ex constit. necessariis, falso in supplicatione expressi defectus, facit huic exceptioni locum. Ejus namque respectu falso suggestum, verumve suppressum est, quod nisi factum esset, mandatum, cessante quippe hoc casu immediata Camerâ Imper. jurisdictione, nunquam fuisset decretum. Gail. d.lib. de pign. obf. 14.n. 7. Frid. d.lib. 2.cap. 15.n. 4.

96. Cæterum, pignoranti alleganti ejusmodi exceptionem seu defectum necessarii requisiti, an eius probatio incumbat, dubium est. Evidem quod consensus defectum attinet, non ignorantia, sed scientia in quâ se impetrans fundat, ei probanda incumbit per vulg. quæ actori fundamentum intentionis suæ probandum imponit. l.2. de l.21 de



I. 21. de probab. l. 23. C. eod. l. 4. C. de edend. cūm præsertim hic reus excipiendo nihil ponat, sed reo actionem competere neget. *d. l. 23. C. de prob. l. 10. C. de nō num. pec. Gail. d. obs. 5. n. 15. Gilm. in Symphor. tom. 1. part. 1. pag. 359.* & seqq. ubi per interlocutoriam impetranti probatio consensus sive ratificationis domini, eo etiam calu, quo de ipsius interesse constabat, injuncta fuisse multis ex epis probatur. *Idem* *l. 2. part. 1. pag. 121.* & seqq. *Barth. sent. Camer. tom. 5. pag. 77. 171. 174. 388.* & paſsim.

97. Quæ cūm etiam in ceteris requisitis obtineant, sive reus se vel auctorem immediatum, sive rem innocentem & tertiam ablataam &c. neget, probationem eius in auctorem, hoc quippe afferentem, rejicit, nisi quadam præsumptione ab onere probandi relevetur. *f. l. 24. 8. sed ei si de fideic. lib. l. 74. de leg. l. 1. 51. de don. int. vir. l. 5. 9. 19. 8. sed ei si de prob. l. 5. C. de codicill. l. 24. Cad. l. 1. 1. de adult.* Ita auctori, qui immediatè Imperio subjectus à reo negabatur, termino præfixo de immediate docendi injunctum refert *Gilm. Symph. t. 3. p. 119. Schvv. obs. Cam. 72. Magenborst. in comm. ad ord. Cam. tit. de pignor pag. 211.* & 219. *Barth. supr. cit. loci.* & *d. tom. pag. 108.* & *pag. 617. pag. 805.* & 809. & paſsim. & *tom. 4. pag. 1082.* ubi auctori probatio injungitur, reum esse immediate Imperio subjectum, & *d. tom. 5. pag. 765.* impetrans probare cogitur fructus pigneratos mixtos fuille cæteris frugibus, non separatos &c destinatos ad solutionem decimarum. Et in genere impetranti ad narrata verificanda terminus sub cassatione mandati præfixus legitur apud eundem *tom. 4. pag. 20.* & *pag. 204.*

98. Quod si exceptio ejusmodi altiore requirat indaginem, èa in hoc puncto mandati non attentâ parendum est. *Gilm. d. tom. 3. tit. de pignerat. 8. præterea & seqq. pag. 258.* Si tamen eius veritas in deductione causa appareat, mandatum cassatur, impetrante in expensis condemnato. *Idem d. loc. Barth. in sent. Camer. tom. 4. pag. 44. 243.* &c. quo fine, propositis exceptionibus non obstantibus, partitionem injunctam, earum tamen repetitione in causa principali reservatâ refert idem *d. tom. 5. pag. 1221.*

99. Quod & multò magis observatur in ijs exceptionibus, quæ merita cause principalis spectant, qualis est subjectionis, cum captus subditus pignerati esse negatur, de qua latè Mys. tent. 2. obs. 10. *Gail. d. lib. de pigner. obs. 15. Schvv. d. obs. 74. Magenborst. in comm. ad ord. Cā. tit. Bon. Pfändbung. pag. 219. 228.* aut cum impetrans omnino non

E

Gail.



Gail.d.lib. de pign. obs. 3. num. 2. 6. & 1. obs. 18. num. 2. aut vi, clam, vel precatio possidere dicitur, & alia quæ merita cause contingunt. Frid. d.lib.c.15.

100. Sub. & obreptionis exceptionibus accedunt exceptiones banni sive (quæ eius loco est in Ecclesiasticis & fœminis Gail.lib. 1. de P. P. c. 10. nu. 16. & 36.) privationis. Visitation. Absch. anno 68. §. pen. Deputat. Absch. anno 600. §. Es ist. Frid. d. cap. 15. num. 3. Gail.lib. 2. de P. P. obs. 12.

101. Illa vero exceptio, quæ pigneratus provocatum se ad mutuam pignerationem queritur, omnino non attendit. Gail. d. lib. de pign. obs. 12. An etiam illa, quæ item de causa principali coram ordinario pendere pignerans opponit? Diversa extant præjudicia relata à Gilmanno d. tom. 3. de mand. pigner pag. 213. Schvv. obs. Cam. 73. Magenb. in comm. ad d. tit. 22. pag. 212. Constat tamen judicem, coram quo lis cause principalis pendet de quacunque incidente judicate posse & debere l. i. & seqq. C. de ord. cogn. etiam h. illa ordinariæ ad eius cognitionem non pertineat l. quoties 3. C. de judic. l. fin. C. ubi & apud quem. & ei qui incidentem à principali separare velit, exceptionem excepti litigij obstarere l. 10. C. de judic. Frid. lib. 3. de proceß. cap. 5. num. 32. & seqq. Idemque in arresto obtinere tradit Gail. de arrest. cap. ult. nu. 10. & ita judicatum esse testatur Barth. tom. 4. p. 1151.

102. Non præstæ cautionis exception partitionem quoque differt, nisi enim pigneratus pigneranti cautionem, nudâ etiam re-promissione factam, præstet, de representando in casum succumbentia, eo quod ipsi à pignerante restituitur, ad partitionem eum urgere nequit. Deput. Absch. anno 600. §. Es ist auch. Frid. d. lib. 1. c. 26. Gilm. d. tom. 3. tit. de pignerat. pag. 251. Schvv. de proc. c. 12. n. 28. & denique justi impedimenti allegatio & probatio partitionem aliquantum moratur. f. l. fin. §. illud. C. de temp. & repar. app. l. 2. §. quod dicimus si quæ caut. in jud. Boer. in decis. 40. n. 4. & seqq. Myns. cent. 3. obs. 92. Frid. d. lib. 2. c. 19.

103. Productis exceptionibus, (in eam, quæ fieri potuit, brevitatem contractis, Deput. Absch. anno 600. §. Es ist nicht wenig ic.) in termino partitionis, (quo omnino proponendæ sunt, nec nisi ex magna



3

magnâ causâ protogatio conceditur. d. Deput. Absch. anno 600. §.
Ob wohls in allen mandatu sine clausula) si quidem relevantes fuerint
deprehensæ , actori terminus replicandi , aut respondendi præ-
figitur , Mem. 1. d. anno 79. §. Alſi da solch ic. fac. Ord. part. 3. tit. 25.
